

restituendus, ne plus debito calamum protendamus, videndi sunt late hoc examinantes Couarr. num. 8. & Mench 4. ubi supra.

SVMARIA.

- 1 Decima praeiales regulariter illi sunt ecclesiae tribuenda in cuius territorio praedia sunt sita.
- 2 Si tamen consuetudo habet, ut decima praeiales personales sint & ad eam ecclesiam pertineant, ubi parochiani diuina audiunt sacramenta aqne recipiunt, an existente parochia paupere illius parochia, in cuius territorio fructus sunt collecti, vel ecclesia ipsa egena & ornamenti carente, possint aliquam partem illarum decimarum petere pro sui sustentatione, & num. sequent.
- 3 Decretum 13. de reformat. sacri. Concil. Trident. sess. 24. citatur & num. 12. intelligitur.
- 4 Qui praescripsit decimas vel curam contra principalem curatum, tenetur ad congruam portionem, & n. 16. quomodo hoc intelligatur.
- 5 Consuetudo, ut decima praeiales sint personales, est valida.
- 6 Iudex ius facit litem suam iudicare contra consuetudinem, sicut contra ius.
- 7 Beneficium datur propter officium, & naturali rationi congruit, ut qui feminat spiritualia, moriat carnalia, dignus namque est mercenarius mercede sua: eademque ratio naturalis dicitur, ut qui Deo pro populo ministrat, ab eo alatur, & qui altari seruit, de altari viuere debet.
- 8 Decima datur Parocho in compensationem oneris administrationis sacramentorum.
- 9 Decima personales soluntur atque redduntur ecclesiis illis, in quibus decimantes percipiunt ecclesiastica Sacramenta.
- 10 Decima personales non debentur primo curato, si quis mutauerit domicilium, sed secundo, si ibi audiat diuina officia & recipiant sacramenta.
- 11 In quacumque promissione vel dispositione conditionali, pendente conditione, nulla oritur actio vel obligatio: sed ipsius substantia & effectus est in pendenti, donec impleatur conditio.
- 12 Non est disceperit tendum unum altare, ut alterum cooperariatur.
- 13 Quando aliqua basilica, sine ecclesia indiget reparatione, unde resici debeat.
- 14 Decretum septimum de reformatione sacri Concilii Trident. sess. 21. in id expenditur.

L. 2 tit. 5 lib 1. Nou. Collect. Reg. QVESTIO XVII.

Questio 17. circa leg. 2. eiusdem tit. 5. ubi 1. Noua Collectio Regis, ubi, I. porque los diezmos son para sustentamiento de la Iglesia, y prelado y ministros della, y para ornamentos, & c. Habemus de iure quod decima praeiales regulariter illi sunt ecclesiae tribuendae, in cuius territorio praedia sunt sita, text. in cap. significauit, & ibi gloss. de parochiis, text. in c. quoniam, & ubi gloss. si & in cap. Apostolica, vers. consuetudo, & in cap. cum sint homines, & ibi gloss. de decimis, l. 8. tit. 10. p. 1.

2 Quid si in aliquo Episcopatu adit consuetudo in contrarium, nempe ut decima praeiales sint personales, hoc est, sequantur personam seminantium & colligentium fructus, & deferantur atque pertineant ad ecclesiam parochialem illorum, ubi diuina audiunt & sacramenta recipiunt: quae quidem parochialis est altera quam illa, in cuius territorio praedia sunt sita, & parochus proprius illius ecclesiae, in cuius territorio sunt praedia, detrahit illis decimis, remaneret pauper

& sine congrua sustentatione Item ipsam ecclesia sit etiam egens careatque ornamenti, an hoc casu possit parochus hic, & ipse ecclesia, in cuius territorio sunt praedia, petere aliquam partem praedictarum decimarum, quae de consuetudine spectant ad alteram ecclesiam parochialem, scilicet, fructus colligentium pro sua sustentatione & oneris supportatione. maxime si ipsi seminantes atque colligentes fructus, audiunt rem diuinam aliquando in dicta parochia, in cuius territorio praedia sunt sita. Hanc quaestionem habui de facto in causa propria huius almae Cathedralis ecclesiae Ciuitatis, ubi licet immeritis, misericordiam tamen Dei sum Canonicus praebendae literariae, hoc est Doctoralis & ecclesiae oppidi del Bodon, ubi praestimonium non tenuerit meae praebendae annexum possideo, ex vna & alterius beneficiati parochialis del Bodon, actoris, & altera, partibus. super decimis fructuum praedictorum sitorum in ecclesiae territorio del Mancano, quos percipiunt quidam parochiani d. ecclesiae Cathedralis & parochialis del Bodon. Nam dictus beneficiatus del Mancano, fundauit suam actionem aduersus admodum illustres Decanum & Capitulum Ciuitatis, & beneficiatos del Bodon, eo quod praedia in quibus fructus percipiuntur dictae parochiani, erant sita in territorio suae ecclesiae, peres ab eisdem certa partem praedictarum decimarum, hoc est, tertiam pro sui sustentatione atque ornamenti eiusdem ecclesiae, asseuerans ea parte, tam se quam ecclesiam praefatam maxime egece. Dubitatum fuit an praedictum beneficium iustitia foueret in causa, vel Capitulum & ceteri essent absoluedi in totum a sua petitione.

Pro patet dicti beneficiati del Mancano fuit primo allegatum decretum 11. de reformatione, sess. 24. sacri Concilii Trident. quod sic se habet: In parochialibus ecclesiis, quarum fructus aqne adeo exigui sunt, ut debitis nequeant oneribus satisfacere, curabit Episcopus (si per beneficiorum vniorem, non tamen regularium, id fieri non possit) ut primitiarum, vel decimarum assignatione, aut per parochianorum symbola aut collectas, aut quae comodiori ei videbitur ratione redigatur, quod pro Recl. ric. ac parochia necessitate decenter sufficiat. Sed dictum beneficium penne non habet alios redditus, nisi decimas dictorum praedictorum in suo territorio constitutorum, ut probatum existit, quae si ab illo auferantur, remanebit absolute redditibus pro sustentatione sui parochi & ecclesiae: quia non habet alios parochianos, qui contribuere possint: Ergo ex dictis decimis succurrendum est tam Recl. ric. praedicto quam ecclesiae, vsque ad quantitatem pro sui sustentatione.

Secundo fuit allegatum dictum Rebuffi in tractatu de congrua portione, numero quadragesimo octauo, & quadragesimo nono, ubi inquit, quod qui praescripserit decimas vel curam contra principalem curatum, tenetur ad congruam portionem, ergo idem videtur dicendum in proposito.

Tertio potest allegari in fauorem dicti beneficiati nostra l. Regia, in verbis supra relatis, ubi, por que los diezmos son para sustentamiento de las Iglesias, y prelados, y ministros della, & c.

His tamen omnibus non obstantibus, dixi & defendi contrarium, imo quod praestatum admodum illustre Capitulum Ecclesiae Ciuitatis, & beneficiati del Bodon, essent omnino absoluedi & liberandi in totum a praedicta petitione actoris, eique imponendum quietum silentium super praedictis, declarandumque esse, praedictas decimas integre & absque onere dictae congruae portiones spectare & pertinere ad dominos Decanum & Capitulum ciuitatis, & ceteros beneficiatos respectiue, idq; ex sequent.

Primo,

Primo, ratione consuetudinis immemoralis, quae fuit sufficienter probata, & aduersa pars eam non negavit, imo ipsam confessa fuit, percipiendi hanc aliam ecclesiam Ciuitatis, & illam del Bodon, decimas integras omnium fructuum perceptorum a suis parochianis in quibuscunque praedictis, etiam sitis in territorio dictae ecclesiae del Mancano, & aliarum quae huius Episcopatus: in quo haec est vniuersalis consuetudo ut praedictae decimae fructu sint personales. Quae consuetudo valida est, ut in eisdem terminis probat text. d. c. cum sint homines, de decimis, & ibi tenent communiter Doctores & praecipue Rebuff. in tract. de decimis, quae sit. nu. 1. text. in c. d. lectus, & ibi Pan. n. 2. ut iste pend. tenet S. Thom. 2. 2. quae sit. 87. art. 2. in responsione ad secundum, dicens, quod iura determinant ut in hoc seruetur consuetudo diu obtenta leg. 7. & 8. tit. 20. par. 1. Scidem est in praescriptione immemoralis, ut in cap. 1. n. 1. si de praescri. l. 6. s. tradit optime Couarruias, lib. 1. variarum resolut. tomum, c. 17. n. 1. vers. 3. & in vers. 4. ubi inquit, sufficere consuetudinem decem annorum: a fortiori igitur habebit hoc locum in nostro casu, non tantum decem, vetum quadraginta & quinquaginta annorum, cum consuetudo sit probata generalis in toto hoc Episcopatu: imo & immemoralis atque specialis & indiuidua in nostro casu, ut nulla pars praedictarum decimarum consueuerit dari ecclesiae parochiali nec ipsius Recl. ric. in cuius territorio sunt sita praedia, sed quod omnes integre pertinent & deferuntur ad ecclesiam parochialem ipsarumque beneficiatos; in quibus ipsi fructus colligentes sunt parochiani, & ibi sacramenta recipiunt diuinaeque audiunt: quia decimae praedictae, quae alias videbantur praeiales, per consuetudinem sunt personales: quae ita tenentur, remanet exclusa aduersa pars; quandoquidem dictae capituli consuetudo, praemaxime cum sit immemoralis, sit seruanda, ut in dictis iuribus probatur: & iudex iura facit litem suam iudicans contra consuetudinem, sicut contra ius, secundum Baldum in Authentica iubemus, numero secundo, B. de iud. fas. l. de quibus, num. sept. ff. de legibus.

Secundo, quia dictus beneficiatus del Mancano, nullos parochianos habet, quibus Sacramenta ministrare necesse habeat: quo fit, ut nec vllus sumtus facere necesse sit eundem ad dictum locum del Mancano, causa administrandi Sacramenta, sicque cessat fundamentum suae intentionis: quod si aliquando contingat ipsum habere aliquos parochianos, quibus teneatur Sacramenta ecclesiae ministrare, tunc ipsimet parochiani soluent Recl. ric. decimas suas, ut duo ex propriis testibus ipsius affirmant: huiusmodi agricultores, super quorum decimis lis praesens vertitur, non sunt parochiani dictae Recl. ric. del Mancano, sed huius ecclesiae maioris Ciuitatis, & ecclesiae del Bodon, in quibus Sacramenta recipiunt, ut est probatum. Cum igitur beneficium detur propter officium, & naturali conueniat rationi, ut qui feminat spiritualia, metat carnalia, nam dignus mercenarius mercede sua, eademque ratio naturalis dicitur, ut qui Deo pro populo ministrat, ab eo alatur, & qui altari seruit, de altari viuere debeat, secundum apostolum, ut hic omnia referi & probat Rebuff. de decimis, quae sit. num. 7. conseqens est, ut aduersae parti, cum non sit Recl. ric. homo hominum decimantium, nec eis teneatur Sacramenta ecclesiae ministrare, nulla pars harum decimarum debeat, sed integre perfoluendae sunt ecclesiis parochialibus eorumdem decimantium, in quibus fit praedicta Sacramenta ministrantur, quibus nec etiam Missam dicere tenetur dictus Recl. ric. del Mancano, nisi soluta sibi ab eisdem pietancia vel elec-

mosina: quia non est suus proprius Recl. ric. sed alienus.

Tertio, quia decimae dantur parocho in compensationem oneris administrationis Sacramentorum, ut probat text. cap. ecclesias, 13. quae sit. per totum, praeci. ne in versiculo non accipiebant, & in versiculo sequenti, & in vers. Corinthis autem, & in vers. qui altario, & in vers. seq. & in vers. item Leo 4. qui sex. est omnino videndus in proposito, & est etiam optimus text. cap. fin. de parochiis, ubi, quod praetati non debent ab his temporalia exigere, quibus spiritualia non ministrant: quod praemaxime vetum est in decimis personalibus, ut ipsa ab eis reddantur illi ecclesiae, in qua percipiunt ecclesiastica Sacramenta, ut inquit text. in c. ad Apostolica, de decimis, & in dist. cap. fin. de parochiis, & tenet Rebuff. post Joannem de Imil ubi supra, dist. quae sit. num. 6. & laius quae sit. 6. num. 2. & 3. quo fit, ut praedictae decimae non debeantur primo curato, si quis mutauerit domicilium, sed secundo, si ibi audiat diuina officia & recipiat Sacramenta: ut cum alio ex d. c. ad Apostolica, tenet Rebuff. dist. 6. n. 2. a. quibus omnibus sic stantibus, perspicuum est dictas decimas integras esse & pertinere ad nos canonicos & beneficiatos huius almae ecclesiae Cathedralis Ciuitatis, & alterius ecclesiae del Bodon, respectiue, quorum sunt parochiani, audiuntque diuina & Sacramenta recipiunt dicti decimantes, Superiora confirmantur ex traditis a me circa significationem huius nominis ecclesiae parochialis: & in quibus consistat ius parochiale, in mea allegatione octaua, numero sexto & septimo.

Iustitia ecclesiae Cathedralis sit roborata & munita, reliquum est, ut fundamenta partis aduersae demoliamur.

Non obstat primum, scilicet, decretum, 13. de reformatione, sess. 24. sacri Concilii Tridentini supra relatum, quia primo respondeo, quod dispositio illius text. circa decimarum assignationem illo casu faciendum, conditionalis est, ut patet ad oculum: nempe si per beneficiorum vniorem, non tamen regularium id fieri non possit: itaque prius quam perueniat ad primitiarum vel decimarum assignationem, inquirendum est an per vniorem beneficiorum non regularium prouideri possit necessitati, & constare non posse: ac tunc non quidem praecise perueniendum est ad praedictam assignationem, sed aut ad eam aut ad symbola vel collectas parochianorum, aut ad aliam commodiorem viam, arbitrio Episcopali. At de iure certum est, in quacumque promissione vel dispositione conditionali, pendente conditione nulla oriri actionem nec obligationem, sed ipsius substantia & effectus esse in pendenti, donec impleatur conditio, ut in l. credere de ff. de verbis signific. cum alio pluribus congestis per Antonium Gomez. de qualitate contrahum, num. 28. ubi bene ampliat, & nouissime plura congerit in proposito Rolandus a Valle. consil. 21. per totum, & primi consil. 29. num. 16. & 17. lib. 4. ubi quod agens debet probare conditionem esse iam verificatam: sed in proposito id neque constat, nec deductum nec articulatum est igitur obtinere actor minime potest.

Secundo respondeo, praefatum decretum Concilii Tridentini esse intelligendum, loqui necessarium in primitiis & decimis ad ipsam ecclesiam pertinentibus, quas beneficiati illius, iusto tamen titulo percipiunt: itaque si fructus ecclesiae parochialis vsque adeo exigui sint, ut debitis nequeant oneribus satisfacere, si per beneficiorum vniorem, non tamen regularium fieri non possit, tunc ex primitiis vel decimis ipsius ecclesiae, quas alii beneficiati eiusdem percipiunt, tantum redigatur, quod pro Recl. ric. aut parochia necessi-

tate deceter sufficiat, aut ex parochianorum symbolis vel collectis, aut alia commodiori via, quae Episcopo videbitur: nam quum est, vt ex decimis ad eandem ecclesiam pertinentibus, quamuis in beneficiatorum illius commodum cedant, necessitas supra dicta provideatur, non vero ex decimis aliarum ecclesiarum: hoc est quod sibi vult decretum illud sacrosancti Concilii Tridentini, idque probat, tã ex iuris canonici dispositione, quam ex alio decreto eiusdem Concilii Tridentini, vt sic vnum decretum ipsius per alterum eiusdem declaratur: quae est optima interpretatio & in iure probatur. Primo, quia non est discooperendum vnum altare, vt alterum cooperiatur, iuxta doctrinam Bart. in l. assidue, §. exceptio, C. qui potiores in pignore habeantur, in 3. notabili, Bald. l. fin. §. sed si quis, col. 3. per illum, text. C. communia de legatis. est bonus text. denique, a. quast. 5. vbi si vni subueniri non potest, nisi alter laedatur, neutri subueniendum est, refert alios ita tenentes decisio Pedemontan, quinquagesima nona, numero vndecimo.

Secundo, & in terminis, quia quando aliqua Basilica siue ecclesia indiget reparatione, id quidem fieri debet ex fructibus eiusdem ecclesiae, & his deficientibus, non solum beneficiarius, qui habet ecclesiam parochialem, sed qui habet alias ecclesias vel beneficia inferiora, tenetur contribuere secundum facultatem reddituum beneficiorum, & hoc deficiente debent compelli parochiani eiusdem ecclesiae ad contribuendum ratione Sacramentorum, quae inibi recipiunt & sibi ministrantur, & diuinorum officiorum: quae ibidem etiam audiunt; vt probatur in capitulo 1. & in capitulo de his, de ecclesiis edificandis, per quae iura tenet Abb. in dicit. cap. vnum, §. 4. & sequent. & alii, quos ipse retulit idem tenentes in mea allegatione, 10. num. 1. vbi adduci optimam & expressam leg. Regiam, 11. tit. 10. part. 1. quae habet: Que la Iglesia se ha de reparar por el Prelado y clerigos della, de la renta que es de la Iglesia; no bastando la dicha renta, el beneficio de la Iglesia es obligado a pagar lo que faltare segun la renta que tuuiere, facendo

loque huic inuenit. Decreto autem eiusdem concilii id comprobo ex Decreto septimo de reformatione sess. 21. vbi dicitur, vt parochiales ecclesias Episcopi recti instauratiue procurent, etiam si praedicta ecclesia sint iuris patris ex fructibus & prouentibus quibuscumque ad eadem ecclesias quomodocumque pertinentibus: quod si non fuerint sufficientes, omnes patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis ecclesiis proueniunt percipiunt, aut in illorum defectum parochianos omnibus remediis oportunis ad praedicta cogant, quacumque appellatione & contradictione remota: quod si nimia egestate omnes laborent, ad matrices seu viciniores ecclesias transferantur. & c. Ecce igitur iura expressa & Concilii Tridentini decretum, vbi praecipitur, quod ad necessitatem ecclesiae, de qua loquitur alterum decretum, quo pars aduersa nititur, beneficiarius eiusdem in defectum reddituum ipsius ecclesiae compellatur ex fructibus à dictis ecclesiis proueniuntibus, aut in illorum defectum parochianos (de quibus etiam loquitur decretum partis aduersae) esse cogendos ad praedicta necessitati subueniendum: consequens ergo est, vt idem dicendum sit pro necessitate Rectoris Ecclesiae, cum abo equiparentur & sub vna eademque oratione comprehendantur in dicto decreto, parochos scilicet & ipsa ecclesia egens, vnde eadem iuris dispositione amplecti debet, tam ex regula vulgari, quae habet, quod vbi est eadem ratio idem itatui debet, vt in leg. illud, ff. ad legem Aquilianam, quam ex alio iuris principio disponente, quo vna determinatio respiciens plura determinabilia, pariformiter debeat determinare, vt

in leg. iam hoc iure, cum aliis, ff. de vulg. & pupil. Sed decima super quibus contenditur, non solum ecclesiae del Mancano, nec ab ea proueniunt: sed Cathedralis Ciuitatis ecclesiae, parochialis oppidi del Bodon, vt est probatum. Decimantes praeterea non sunt parochiani del Mancano, sed praedictarum maioris & del Bodon, nullo igitur iure modoue pars vlla praedictarum decimarum assignanda est parti aduersae nec ipsius ecclesiae, quamuis necessitate magna laboraret, per supra dicta, sed prouideri necessitas debet iuxta decretum Concilii allegatum ab aduersa parte: quod tantum abest, vt non solum illi non patrocineretur, sed imo idem actori contrarium sit; nam cum sit generale, non explicans ex cuius ecclesiae decimis debeat fieri praedicta assignatio, decretum septimum sess. vigesima prima supra allegata, id manifestum facit modo supra dicto, & sic non sunt contraria; imo vnum alterum suppletur & declaratur: quod si iterum replicet actor, quibus alimentis vitam sustinebit interim quoad sibi parochiani venient, ei responsio est obuiam, de se conqueri posse, quod praedictum beneficium sciens acceptauerit, praetaxime, quia cum non laborer, cum non habet parochianos, nil mirum si inde non manducet & aliunde sibi victum quaerat, sicut faceret, si non esset beneficiarius: nam non sunt sibi danda temporalia, cum spiritualia non ministrat nec habet quibus ministrat, vt in dicto capitul. finali de parochia.

Nec etiam obest dictum Rebuff. vbi supra tenentis, quod qui praescripserit decimas vel curam contra principalem curatum, tenetur ad congruam portionem. Nam respondeo hoc non habere locum in nostro casu, quia integra decima sunt nostrae consuetudine immemoriali, ita vt curato nihil debeatur nec detur, vt est probatum. Secundo, quia Rebuffus loquitur in iis qui bona & decimas illius ecclesiae recipiunt; nam hi merito tenentur ad congruam portionem, quia fructus proueniunt ex eadem ecclesia, vt constat ex eodem Rebuffo, numero quadragesimo octauo dicente: Qui ecclesiae decimas possidet, tenetur ad hanc congruam, quamuis patronus non sit cum decima sint tributa egentium: & statim subiungit: Imo qui praescripserit decimas vel curam contra principalem curatum, tenetur ad hanc congruam Secundo id constat ex eodem Rebuffo itidem dicto numero quadragesimo nono, dum dicit: Ita à patrono & ab iis qui bona ecclesiae recipiunt, haec portio est supplenda: at vero decima de quibus nos agimus non sunt dictae ecclesiae del Mancano, nec ipsa in illis quidquam habet: sed sunt propriae Cathedralis Ciuitatis, & parochialis del Bodon, vt supra est dictum, vnde dissimiles hi casus sunt. Nam Rebuffus in effectu vult, quod disponit Concilium Tridentinum dicto decreto septimo, sess. 11. Tertio ex eo vel maxime conuincitur dictum Rebuff. non obitare nobis, quia Dominicus quem allegat in capitulo, cum singula, column. de praebend. in sexto, & haec verba profert in numero quarto, & sic facit is text. quod Capellanus ecclesiae possit praescribere curam ipsius ecclesiae contra principalem praetorem, sique loquitur in Capellano ecclesiae, qui curam ipsius praescripserit contra principalem. At in nostro casu decima non sunt nec vnquam fuerunt dictae ecclesiae del Mancano, nec potest dici esse praescriptas, sed iuxta consuetudinem immemorabilem, solitas esse solui nostris ecclesiis, in quibus sunt parochiani illas soluere debentes: & dictum Doctoris debet intelligi iuxta legem, quam allegat, vt tradit Bartolus communiter approbatus lege non solum, & si liberatensis verba, num. 7. ff. de liberat. legat.

Non obstat & vltimo nostra lex Regia, in verbis supra relatis, quoniam ipsa intelligenda est iuxta superiora, nempe de decimis ipsius ecclesiae pauperis, non de alienis.

Hac causa decima fuit per admodum illustrem Episcopum Ciuitatis, cum consilio doctissimi cuiusdam Cathedralis Primarj Salamitani in facultate legalij, in admodum omnino admodum illustrium dominorum Decani & Capituli Ciuitatis, & beneficiariorum Ecclesiae del Bodon, impositumque fuit perpetuum silentium dicto Rectori super praedictis decimis, vna hac iuris allegatione: quae sententia transiit in auctoritatem rei iudicatae, lataque fuerunt litterae executorialiae ipsius.

SVMMARIA.

- 1 Decima an debeatur ex pensione a colonis domino fundi soluta ex acervo decimate, controuersa quaestio, & numeris sequentibus.
- 2 Lex Regia iuste prohibuit, ne in exigendis decimis fiat nouitas.
- 3 Decima proprie dicitur vna pars ex decem, reddecima vero alia secunda decima & ideo reddecima est odiosa & apud populum male audit.
- 4 Decima non debetur ex acervo frumenti iam decimate.
- 5 Dominus fundi & colonus tacite inter se videntur pacisci tempore locationis, vt colonus soluat decimam prius ex toto acervo, & sic quod postea eam soluere dominus ex sua pensione non teneatur: hoc tamen pactum necesse non debet Ecclesiae, cui decima à domino est solvenda.
- 6 Stante statuto quod de omnibus redditibus soluatur gabella, facta locatione fundi pro centum florenis & soluente colonus gabellam de frumento, quod ibi celebrat: dominus eam soluere non teneatur de praedictis florenis, quia soluta est iam pro fructibus.
- 7 Valet argumentum de tributo ad decimam.
- 8 Recitantur auctores qui partem negotiatiua tuerentur in quaest. principali, de qua supra, n. 1.
- 9 Donini Molendinorum tenentur iure communi soluere decimam ex redditibus ipsorum.
- 10 Ex donatione vel legato solui debet decima, etiam si à donatore vel legante fuerint prius praedicta bona decimate.
- 11 Duae decimae solui possunt & debent ex vna eademque re, diuersis tamen respectibus, vt in exemplo hic posito.
- 12 Dominus fundi si gratis concessit alienis herbam depascendam, donarius teneatur duplitem decimam soluere, vna ex herba, altera ex fetu pecoris.
- 13 Clerici recipientes decimas, tenentur soluere Summo Pontifici decimam earum.
- 14 Decima debetur ex emtione domus, & ex pretio locationis ipsius.
- 15 Decimam quislibet soluere tenetur ex omni quod sibi dominus dederit.
- 16 Decima debita à colonis est praedialis, à domino vero solvenda est personalis siue mixta.
- 17 Colonus soluere debet decimam totius acervi, dominus vero ex censu vel tributo sibi à colonis soluto ex illo acervo.
- 18 Pactum factum inter dominum & colonum de soluenda decima tibi Ecclesiae, non potest postea alio pacto tolli in praedictum Ecclesiae.
- 19 Dominus aucter bona soluens melius decimas & pro vno centeno dat.

Quaestio circa l. scriptis, §. l. b. 1. Noua Collect. Regia, quae habetur, Que en consen se den las prouisiones y cedulas necessarias, para que no se haga novedad en el leuar redex, mo de lo que se huuiese pagado diezmo. Dominus praedicti, si a suo colonis certam percipi ratione praedicti pensionem, cum integram acervum frumentis colonus decimateuerit, dominus teneatur pensionem, quam recepit, decimare: Quia in refundamenta & Doct. vtriusq. partis refert Montaluis in l. 4. in gl. De rebus los heredamientos, tit. 5. lib. 1. fori, vbi existimat necessarium fore circa hanc quaestionem nouam iuris prouisionem, id Montaluis in repertorio O. dicitur, verb. decimas, fol. 5. column. 2. vers. Item nota incidenter, sed quia quaestio haec maximam habet difficultatem, ideo argumentum hoc late examinare intendo.

Quare pro parte negatiua videtur nostra lex Regia expressa in verbis supra relatis, quatenus probat, vt de iam decimate iterum decima non solvatur, vt patet ibi, Que no anadaffemos prouer en que de lo que se huuiese pagado diez, mo, no se pidiessen se tornasse à pedir ni leuar redex, mo, & c. & ibi: para que no consentan en denegar a que se haga novedad en el leuar el dicho diezmo, quod potest Rex prohibere Ecclesiasticis personis, vt per plura iura probat Guilielmus Benedictus in c. Raynatus, §. ab hinc liberis, 2. sub n. 45. de testamen. & quod non fiat nouitas in decimis praedialibus nec personalibus soluendis, late plurimum auctoritate comprobat Nunius Auencl. lib. 1. cap. 1. praetorium, n. 32. vers. item ista, fol. 19. vbi testatur ex his vigere in practica, quod ab Imperatore nostro inuicibilissimo Carolo Quinto statutum est in hac lege & praecedenti; ne scilicet fiat nouitas in exigendis reddecimis.

Secundo, haec eadem pars negatiua probatur, quoniam hoc nomen reddecima est odiosum & apud populum male audit Decima enim proprie dicitur vna pars ex decem secundum Florentinum in sua summa, 2. part. tit. 4. cap. 1. §. 3. Syluest. verb. decima, num. 1. Assens. in sua summa, de decimis, §. 1. Rebuff. in tractat. de decimis, quaestio. 4. num. 1. Reddecima vero dicitur alia secunda decima, vt constat ex verbo, Re, quod iterum significat, sique ex decem duae partes soluerentur, quod est contra omne ius.

Tertio, quia cum acervus frumenti iam decimate sit, iterum de eodem decima non debetur, argum. regula iuris, bona fides non paritur. & c. Et teneat, ff. de decimas, in cap. pastoralis, de decimis, Doct. in cap. vna & in cap. cum non sit, red. tit. Gigas de pensione, quaest. 59. num. 1. & 4.

Quarto, quia dominus fundi & colonus tacite videntur inter se pacisci tempore locationis, vt colonus soluat decimam prius ex toto acervo, & sic quod dominus eam postea soluere minime teneatur ex sua pensione, arg. text. d. cap. pastoralis, de decimis.

Quinto, haec eadem pars coadiunatur ex doctrina Bartol. in l. in emtione, §. quos se numero quinto, ff. de publican. & veltig. vbi statuit, quod de omnibus redditibus soluatur gabella, contingit, quod quis locauit fundum pro centum florenis: colonus percipit frumentum, & de eo soluat gabellam: dubitatur an dominus teneatur soluere de florenis, & resoluit quod non, quia soluta est iam pro fructibus, quotum contemplatione habet dominus florenis, & propter gabellam minori pretio locauit. Ergo idem dicendum est in nostra quaestio, de decima, cum valeat argumen. de tributo ad decimam, vt in capitul. sua nobis, de decimis.

in capitulo decimo, 16. question. 1. tradit laie Euerard. in centuria legal. in loco 7. a tributo ad decimam. per totum & predictam sententiam Bartol. sequitur Bald. in suo Speculo. verb. gabella. & Petrus in Clement. present. de decimis. & in terminis hanc primam partem negotium in nostra questione principali tenet Innocent. in dist. cap. cum non sit numero primo. de decimis. & ibi Colletarius. Hostiens. & Joann. Andr. post medium lectura idem Hostiens. in sua summa tit. de decimis. §. quibus autem. verficul. stem danda. Petrus Ancharan. in cap. tua nobis. numero decimo. de decimis. & ibi Abb. numero 14. Alexand. de Hales 3. part. questio. 51. membro 5. in resp. ad quartum addito ad Bartol. in dist. l. inter dum. §. quoties. verb. statutum. ff. de pub. & velig. Gregor. Lopez. l. 2. tit. 20. parisi. verb. bered. altes. Soto de lusi. & in libro 9. questio. 4. artic. 2. in fi. verbis. pagina mibi 745. & nominissime Doctor Azcuedo in presenti numero primo. qui alios refert.

Nihilominus tamen contraria sententia. & sic affirmatiua in nostra questione. imo quod dominus fundi decimam soluere teneatur de pensione frumenti pro suo fundo sibi soluta ex acervo iam decimato per colonum. solidissimis fundari & coprobari potest fundamentis. Et primo. ex gl. in cap. tua nobis. in verb. sic & dominus. de decimis. vbi habetur. quod licet acervus frumenti a colono sit decimatus. pensio tamen. nempe si certa pars sit soluta domino fundi. non est decimata ab ipso: ideo licet defcedat de decimato acervo. dominus de illa pensione tenetur soluere decimam. Secundo haec eade pars expresse probata videtur in dist. cap. tua nobis. in illis verbis: & cum de cunctis omnino proventibus decima sint reddenda. sicut colonus de parte fructuum. quae sibi remanet ratione cultura. sic & dominus de portione quam percepit ratione terra decimam reddere sine diminutione tenetur. Idem probare videtur text. cap. a nobis. eodem tit. ibi quod a dantibus & recipientibus possessione ad firmam de fructibus quos percipiunt. decimae sunt soluendae: quamuis his iuribus responderi possit. loqui. quando tempore quo soluitur pensio domino. totus acervus non est decimatus: & ideo merito quod colonus teneatur de sua parte fructuum quae sibi remanet. & dominus de sua portione quam percipit ratione terra decimas soluere. vt constat ex eisdem: at vero nos agimus. quoties totus acervus frumenti est decimatus. & postea de eo soluitur portio conuenta domino. an eam iterum teneatur decimare. quod est diuersum.

Nihilominus tamen & tertio facit pro hac secunda parte. quia sic etiam videmus quod domini molendinorum tenentur soluere decimam ex redditibus ipsorum. vt in cap. ex transmissa. & in capite peruenit. & in cap. pastoralis. de decimis. & gloss. in dist. cap. peruenit. & hoc intelligit verum. non solum in molendinis communibus. sed etiam in molendinis aëris: ergo idem dicendum in nostro casu. cum similis videatur.

Quarto facit. quia ex donatione vel legato quantitatatis frumenti solui debet decima. etiam si a donatore vel legante praedicta bona fuerit prius decimata. vt tenet expresse Hugo in cap. decima. 16. questio. 1. & Elerent. in sua summa secunda parte. capitulo tertio. titulo quarto. de decimis. §. 3. post medium. Syluester in sua summa. verb. decima. numero duodecimo. Alexand. de Hales. in tertia parte. quest. 51. membro 5. ad 4. Abulens. super Mattheum. cap. 23. questio. 159. Quae conclusio intelligi debet in successione extraneorum. quia reputantur diuersae personae. sicut in successione filiorum. qui cum parte vna eademque persona reputantur. vt in l. fin. Codic. de muerberum & alios. & in leg. cum scimus. C. de agricol. & censibus. libro vndecimo. gloss. in cap. pastoralis.

palis. verficul. quali de lucro de decimis. Idem igitur dicendum est in nostra quae de iure. etiam seclusa consuetudine.

Quinto. quia ex vna eademque re. diuersi tamen respectibus. duae decimae solui possunt & debent: vt si adit consuetudo. quod dominus fundi ex herba ipsius. hoc est ex reddito herbae soluat decimam. ea quoque tenebitur soluere colonus sine iniquitate ex peccore. quod herbae partus est. Imo si dominus fundi gratis concessit alicui dictam herbam depascendam. ipse donatarius tenebitur duplicem decimam soluere. vnam ex herba. alteram ex fortu pecoris. secundum Innocent. in capitulo. commissum. de decimis. vbi Ioann. Andr. post medium. & Ancharan. numero quarto. & Abb. numero tertio. inquit. quod si tenent Doct. & S. Thom. 2. 2. questio. 87. articulo secundo. in responsione ad quartam. & expresse tenet Abulens. super Mattheum capitulo vicesimo tertio. questio. 145. in principio. cuius rei ratio est. quia res non decimata transit cum suo onere ad quemcumque perueniat. text. cap. pastoralis. de decimis. text. in cap. unum non sic in homine. eodem titulo. & in cap. si quis laicus. 16. questio. 1. vbi gloss. in fin. titulo vicesimo parte. 1. Ergo a fortiori idem dicendum venit in nostro casu. cum eadem persona non soluat duas decimas. sed vnam colonus ex toto acervo suae parochiae ratione culturae. alteram dominus fundi ex sua pensione sive redditu suae parochiae. vt habet consuetudo huius Episcopatus Ciuitatis. sicut in casu modo proxime dicto decima herbae soluitur parochiae domini fundi. decima vero factus pecoris. parochiae domini pecoris. vt voluit & concludunt praefati Doct. & praecipue Abulens. vbi supra.

Sexto. pro eadem parte facit doctrina S. Thom. quem refert & sequitur Florentinus in sua summa secunda parte. titulo quarto. capitulo tertio & quarto. vbi tenet. quod clerici recipientes decimas. tenentur soluere summo Pontifici decimam harum decimarum. & probatur Numerorum capitulo decimo octavo & tradit Abulens. super Mattheum capitulo vicesimo tertio. §. 142. ad fin. colum. penult. & quest. 143. & Adrianus. quest. 5. quadrat. in princ. colum. 6. probatur etiam in cap. 1. de decimis. Nec obstat. cap. nouum genus. eodem tit. vbi probatur. quod clerici non tenentur soluere alicui clericis decimam. quia debet intelligi. quod non tenentur soluere decimam alicui clericis. scilicet. sibi aequalibus. fecus vero summo & superiori Pontifici. vt tenet gloss. in cap. 2. in verb. a Leuitis & ibi Hostiens. & Joann. Andr. & Abb. nu. 4. de decimis. Si ergo eadem res a diuersis personis bis decimari potest & debet. vt satis superque probatum existit: idem in nostro casu. vel iure optimo dicendum venit.

Septimo & vltimo pro hac eadem parte facit. nam ex emtione domus debetur. decima. item & ex pretio locationis ipsius. vt probat text. in cap. pastoralis. de decimis. & in cap. plerique. de pactis. Ioann. Andr. in cap. commissum. de decimis. in principio. Ergo si ex locatione domus. cuius pretium fuit iam decimatum. debetur decima. idem dicendum erit ex pensione debita ex contractu locationis & conductionis fundi: & quamuis Ioann. Andr. vbi supra. dicat communi consuetudine non deberi animam ex praedicta locatione domus. Hostiens. tamen in dicto capitulo commissum. inquit. quod si esset consuetudo soluendi dictam decimam. ratione consuetudinis deberetur.

Et in terminis nostrae questionis hanc secundam partem affirmatiuam quando certa pars numeralis pensione nomine soluenda est domino seu quota. probat gloss. in capitulo. tua in manu. verb. & homines. de decimis. vbi Vincentius & Anon. de Buriis idem tenent. & Joann.

Ioan. Andr. in fin. dicens esse verum consuetudine introductum. & Innocent. in ca. nobis. de decimis. in verb. sed fecus. & expresse Abulens. super Mattheum. cap. 23. quest. 168.

Et tenendo hanc secundam partem. non obstant fundamenta prioris: & nostra Regia non obstat. quoniam respondeo. ipsam tantum decidere. ne in nostro casu fiat nouitas. & sic potius videtur velle. vt consuetudo praecedens seruetur: at vero deficiente consuetudine. nihil decidere videbitur: & sic in terminis iuris communis. in quibus est nostra questio. de qua consuetudine an sit seruanda. agemus infra statim. in questione sequenti. Secundo respondeo. nostram legem posse intelligi. vt res femel decimata ab eadem persona. iterum non decimetur. nec in hoc fiat nouitas: a diuersis tamen personis diuersifque respectibus iterum decimanda est. iuxta supra dicta. Secundum non nocet. nam respondeo. quod in nostro casu. colonus qui decimauit semel suum acervum. non soluit ex eo alteram decimam. sed dominus fundi ex redditu sibi soluto: de quo quia iuxta parochiam non est soluta decima. soluit eam. quia quilibet tenetur soluere decimam ex omni quod sibi Dominus dederit. vt in capitulo. ex transmissa. de decimis & Genesis. capitulo vicesimo octavo. in fin. ibi. Cunctorum quae dederit vobis. offerat decimas sibi. sicque decimam appellari non potest. sed decima. nec vllus text. nec Doctor redeccimam eam appellat: vnde quod vulgus eam sic nominet. non debet esse in consideratione: quia variae voces populi sequenda non sunt. vt in cap. Opus de electione. & in leg. decurionum filii. C. de paroc. & in capitulo. decedens sexagesima secunda dist. 8. & a duabus personis diuersis respectibus duae decimae soluendae sunt. vt supra est probatum.

Tertium fundamentum etiam non obest. nempe quod acervus. de quo soluitur redditus. est iam decimatus. & sic iterum decimari non debet: quia quantum acervus sit decimatus a colono. redditus tamen solutus domino fundi non est ab eo decimatus. ideo decimari debet. cum sint diuersae personae: & decima debita a colono. est praedialis. a domino vero soluenda est personalis siue mixta. vt respondet gloss. in dist. cap. tua nobis. verb. & dominus. & Abulens. super Mattheum. capitulo vicesimo tertio. quest. 168. expresse dicit. quod si decima quam soluit colonus ex toto acervo. est praedialis. & quam soluit dominus ex redditu. est personalis. Constat etiam inam si colonus soluere debet a domino praedicta hunc redditum ratione census. sive tributi. colonus tenetur soluere decimam totius acervus: dominus vero ex censu vel tributo quod a colono exegit ex praedicta acervo. secundum Abb. in dist. capitulo. tuo nobis numero decimo quarto. & ibi Ancharan. numero decimo. Eadem igitur ratione ad idem tenentur dominus ex redditu sibi soluto a colono ex acervo decimato quamuis non sit census vel tributum: nam nulla congrua ratio differetiae inter hos duos casus assignari potest. quamuis doctores tenent priorem partem aliud existimant.

Non obstat etiam & quantum fundamentum contrariae partis. nempe quod dominus fundi & colonus tacite videntur inter se pacifici tempore locationis. vt colonus soluat decimam prius ex toto acervo. & sic quod dominus eam postea soluere minime tenetur: quoniam si pactum hoc. est expressum fuisset. minime noceret Ecclesiae. cui debetur decima a domino soluenda. vt in cap. pastoralis. & in capitulo. cum non sit in homine. de decimis. Quod non solum procedit in decima a iure debita. prout est supra dicta. sed etiam in debita per contractum factum inter dominum & colonum. de soluenda decima tali Ecclesiae: nam post-

ea in praedictum illius ecclesiae pactum in contrarium factum non valeret: argumento traditorum per Co. uarum. libro primo. variatur. cap. 24. numero septimo. & Rodericum Suarez in Lequoniam in prioribus. in declaratione l. Regis. Codic. de iustit. testam. in §. octavo. numero secundo. Gregor. Lopez. in l. 7. titulo quarto part. 5. gl. Elova.

Quintum fundamentum etiam contrariae partis ex doctrina Bartol. in l. inter dum. §. quoties. numero quinto de pub. & veligal. non obstat. quia diuersa ratio est in solutione gabellae & decimae. quia illa est odiosa. & a iure positio inducta: haec vero fauorabilis. & a iure diuino introducta. Praterea. quia colonus gabellam. agit de diminutione pariternij: tanto enim minus sibi remanet quantum soluit pro gabella: at in soluente decimam contrarium est: quia eam melius soluenti Dominus auget bona. & pro vno centulum dicit. iuxta illud Malachia capitulo tertio. Inferte omnem decimam in horreum meum. vt sit eibus in domo mea. & probate me super hoc. dicit Dominus. Si non aperuero vobis castratus colli: & effuderit vobis benedictionem usque ad abundantiam & inuocabo pro vobis deuorantem. & non corrumpet fructum terra vestra: nec erit sterilis vinea in agro. dicit Dominus exercituum. & c. Quae verba refert Archiepiscopus Florentinus in sua Summa secunda parte. cap. 5. tit. 4. §. 3. & quod ex solutione decimarum multa commoda sequantur hominibus. probat Abulens. super Mattheum. c. 23. g. 208. & Petrus Rebuff. in tract. de decimis. §. fin. m. 3.

Haec autem omnia procedunt. attento iuris rigore. seclusa omni consuetudine: ex quibus satis apparet oportere esse noua Pontificia decisione in questione adeo difficili atque dubia. in qua propter concursum opinionum grauissimorum Doct. & fundamenta vtriusque partis adeo iuridica. sequi quilibet poterit partem praedictarum quam maluerit: stante vero consuetudine. an sit seruanda. agemus in questione statim sequenti.

SVM MARIA.

- 1 Consuetudo soluendi reddecimam. hoc est. vt dominus fundi soluat parochiae suae decimam pensionis frumenti a colono sibi soluta. ex acervo decimato. an sit valida: per totam questionem resoluitur affirmatiue.
- 2 Nonitas quando fieri dicatur in exigendis istis reddecimis.
- 3 Consuetudo in decimis soluendis consideranda & attendenda est: quod praedicta nedum in decimis personalibus. sed etiam in praedialibus.

Eadem l. fin. tit. 5. lib. 1. Nou. Collection. Reg.

QUESTIO XIX.

Quero secundo. circa eandem l. fin. tit. 5. lib. 1. Noue Collect. Reg. quid sit consuetudo sit in contrarium in aliqua regione vel Episcopatu. scilicet soluendi decimam ex parte pensionis. sive ex redditu frumenti. quam dominus recipit a colono. qui prius totum acervum decimauerat. & de ea postea soluit dominus praed. pensionem. an praedicta consuetudo sit valida & seruanda. necne?

Et videtur prima facie. quod praedicta consuetudo non sit valida nec seruanda. quia nullo iure probatur. quod eadem res bis decimetur. & sic erit contra bonam fidem. quae habet. ne bis idem exigatur. & consuetudo contra bonam fidem non erit seruanda. quia est iniqua & iniusta. Secundo. quia haec secunda decima rei iam decimata (quae vulgo reddecimam

radicezno appellatur) videtur quibusdam odiosa, & id eo procuratores huius Regni supplicauerunt nostrum iniunctissimum Imperatorem ac Regem Carolum Quintum, cuiusque matrem Reginam Ioannam in pluribus comitis huius Regni, vt providere dignentur, que de lo que se huuesse pagado diezmo, no se pidiese ni tornasse a pedir ni llevar diezmo por los Prelados, ni otras personas Ecclesiasticas regnos, en hac leg. sin. inferiur.

Sed his non obstantibus, predicta consuetudo est valida & seruanda. Prime, quia eam non excludit nostra lex Regia, imo ipsam admittit a contrario sensus quod argumentum fortissimum est in iure, vt in l. 1. §. huius rei, cum similibus, ff. offic. eius cui mandata est iurisdictio, nam inquit nostra l. que se den las prouisiones y cedulas necesarias contra los Prelados y personas Ecclesiasticas, y sus inueces paraque no consentan ni den lugar que se haga nudaidad en el llevar el dicho diezmo. Nam cum a procuratoribus huius regni esset supplicatum, vt provideretur indistincte & generaliter, que de lo que se huuesse pagado diezmo, no se pidiese ni tornasse diezmo. Reges nostri minime id simpliciter & generaliter sanxerunt, sed quod in eo non fiat nouitas, ergo si ante erat consuetum solui decimam dictam huc decimam, bene poterit postea exigi, cum hoc non sit nouitas, quae tantum censetur sublata a lege hac, non vero consuetudo, quae habet vim legis: quinimo ipsa consuetudo virtualiter admittit & approbata videtur per l. nostram, & in terminis huius l. ita tenet Aucandanus, libro primo, capitulo primo, preterquam numero trigesimo secundo, versiculo, item ista, folio 19 dicens cum Bald. in l. 1. & ibidem apostilla, / de seruit. & aqua, etiam in hoc seruandam esse predictam consuetudinem, & rursum in versiculo, nouitas, inquit in proposito, quod nouitas tunc fieri dicitur in exigendis istis, decimis, quando exigitur quod non est solum exigere decem annis praeteritis: vt in alio proposito deducit Cassiodorus de consuetudine, de consuetudine, numero quinto & sexto, & Couarru libro primo, variar. cap. 17, numero tertio, etiam contra quosdam probatur consuetudo, cum illis tantum tuebatur Ecclesia in possessione: quia nondum agitur ex iure formato ex consuetudine, sed de actibus ex quibus formatur, vt per plura iura concludit Decius consilio 215, numero quinto, relatus per Aucand. vbi supra, contra quem, dum praesupponit sufficere consuetudinem decem annorum praeteritorum ad non soluendum decimas, imo quod requiritur consuetudo immemorialis non soluendi decimas, & quod minor consuetudo non sufficiat neque admittitur in Regio Senatu, tenet D. Azueuo sup. in l. 6. huius tit. §. in. 4.

Secundo, quia sapissime in iure probatur, consuetudinem in decimis soluendis esse attendendam & considerandam, vt in capitul. cum sint homines, & in cap. ad Apostolicam, & in capitul. in aliquibus, & in cap. commissum, de decimis gloss. cap. 1. de decimis, in sexto, verbo, decimatum, tradunt Abb. communiter alii Doct. in toto titul. de decimis Cardin. consilio 88. Conarru libro primo, variarum resolut. cap. 17, numero octauo versiculo tertio & quarto, & Doct. Perez. in l. 1. titulo quinto, libro primo, Ordin. column. 214, versicul. est alia, ibi. quae (scilicet consuetudo) in solutione decimarum validissima est, imo & l. Regia passim eandem consuetudinem in materia decimarum seruandam esse praecipit, vt constat ex l. 8. titul. vigesimo parte prima, & in l. 4. hoc titulo quinto libro primo, Noua Collectio. Reg. Quod non solum procedit in decimis personalibus, vt tradit Ioan. Andr. in cap. 2. de decimis, & Gregor. Lopez. in l. 1. in gloss. heredades, titulo vigesimo, part. 1. sed etiam in predialibus, secundum Socinum consilio 237, column. 1. & 2. libro secundo, Baldum de praescript. part. 5. part. principalis,

quasi. 7. numero nono, Syluestrum, verb. decima, numer. 10. & 11. Rebuff. de decimis, quasio. 2. & 11. & praecipue valebit in proposito nostro consuetudo immemorialis, sicut est in hoc Episcopatu Ciuitatis certissima, & quae inuolubiler seruatur, cum ea habeat vim privilegii, vt in e super quibusdam, §. praeterea, verbum significat, in similibus.

Tertio & in terminis nostrae quaestiones, ita tenet Montaluis in l. 4. in glossa, Totes hereditamentos, titul. 5. libro primo, Fori, idem Montaluis in Repertorio Ordinationum, verb. decim. as fol. 35. column. 2. versic. item nota incidenter, vbi quod in quaestione nostra standum est consuetudini loci, diocesani, vel Prouinciae, quae est optima legum interpret. vt in cap. consuetudo, distinct. quem refert & sequitur Gregor. Lopez. in l. 13. titulo vigesimo part. 1. in gloss. cada vno de su parte, idem probat Doct. Perez. vbi supra, column. 215, & nouissime Doct. Azueuo in praesenti, num. 1. & ultra eos idem voluit Euerardus in sua centuria legali, cap. 71. de tributo ad decimam litera B. & ita sapissime pronuntium vidi in contradictorio iudicio, & excoquatorias super eo latas, vt feruetur praed. consuetudo in hoc Episcopatu, vbi ipsa adest. Non obstant fundamenta prioris partis, quia ipsa satisfit in praecedenti quaestione.

S Y M M A R I A.

- 1 Reges Castella iure & consuetudine possunt de causis Ecclesiasticis cognoscere per modum vel viam violentiam inter Prelatos Ecclesiasticosque personas super Ecclesiis & beneficiis.
- 2 An hoc casu Princeps possit vim facientem condemnare in expensis, per totam quaestionem resolutur affirmatiue.
- 3 Index incompetens, licet ipse incompetentem pronuntiet, potest condemnare agentem in expensis.
- 4 Clericus succumbens coram iudice laico potest per eundem condemnari in expensis.
- 5 Index incompetens, quia iurisdictio sua expirauit, potest condemnare in expensis & declarare appellacionem desertam & sententiam transactam in rem iudicatam, parte etiam non petente.
- 6 Clericus qui accusatus apud iudicem laicum omisit vsque ad sententiam vel ipsius executionem opponere declinatoriam sibi exceptionem, merito est in expensis condemnatus.
- 7 L. 36. titul. 5. l. br. 2. Noua Collectio Reg. que de tollendis violentis Regem in negotiis Ecclesiasticis agit, intellectus.

L. 2. tit. 6. lib. 1. Nou. Collectio Reg.

Q U A E S T I O X X.

Q V A E R O, siueca l. 2. titul. 16. lib. 1. Noua Collectio. Reg. que ita se habet: Los Reyes de Castilla, de antigua costumbre, aprobada, y usada, y guardada, pueden conocer y proouer de las rentas, violencias y fuerzas que acaecieren entre los prelados y clergos y ecclesiasticas personas, sobre Iglesias y beneficios. Cuius l. decisionem, vt iustissimam Republicaeque per quam necessarium iure defendunt atque plurimis optimisque decisionibus Summorum Pontificum comprobant, dicentes ita praedicari quotidie (prout nos etiam videmus) aliaque plurima circa materiam & praxin eiusdem adductes Petrus Nunez Aucand. libro 1. cap. 1. Preterquam num. 32 Gregor. Lopez. l. 3. titul. 13. part. 2. per totum, ibi: E para defender les que no re oiban mal ni fuerca Conarr. in praed. consuetudo, cap. 35 per totum Doctor Perez. in l. 5. tit. 1. libro 2. Ordin. column. 33. Ludouicum Mexia Ponce in l. Regia Tolera, de los terminos, in fundamento secunde prias,

part. num. 47. fol. 107. qui post Couarru. vbi supra, probat practicam hodiernam circa penas in Regiis prouisionibus huiusmodi contra iudices Ecclesiasticos positas. Conducunt tradita per Martham de Afflictis in decisione D. Gasp. 24. Nauarr. in cap. cum contragat, de rescrip. 1. emendatio, cap. 16. Menoch. de retinend. possess. remedio, 3. n. 56. cum sequent. decisio. 30. Pedemontan. per totum, & nouissime decisionem nostrae leg. post haec scripta latissime fundat D. Azueuo in praesenti, vbi respondet ad c. 13. Bulla in Cena Domini, quod videbatur contrarium.

An eo casu, si quo per modum violentiae Princeps inter Ecclesiasticos cognoscit, condemnare possit in tali articulo violentiam vim facientem in expensis? Et videtur quod no quia hoc casu non proceditur per modum iudicariae potestatis, sed prouidetur per modum extraiudicialis defensionis spoliato vel violento oppresso, vt tradit Matth. de Afflict. vbi supra, dist. decisio. 24. & ceteri omnes supra reuati. latissime fundat D. Azueuo in praesenti, vbi respondet ad c. 13. Bulla in Cena Domini, quod videbatur contrarium.

Secundo, quia videt alias incompetens, licet ipse se incompetentem pronuntiet, potest condemnare agentem in expensis, vt in l. fin. §. quoniam vero, & ibi Ioan. de Platea, Codic. de re milit. libro duodecimo, quod & tenent Abb. Anania & Felix. eo que referens Marita de ordin. iudiciorum, quarta parte, v. m. p. distinct. 8. numero 4. tertio folio 18. vbi num. quarto, sdem tenet cum Felino in clerico vocate laicum in ius coram iudice laico: quia si dictus clericus succumbat, condemnatur in expensis per iudicem laicum, & quod index incompetens ratione causae principalis, possit condemnare in expensis tenet etiam Alexand. in l. a diuo Pio, in princip. numero vigesimo quarto ff. de re iudicat. Abb. in cap. 1. numero vigesimo in fine de iudic. sic index incompetens quia ius iurisdictionis expirauit, potest condemnare in expensis, & declarare appellacionem desertam & sententiam transactam in rem iudicatam, etiam parte non petente, probat late Auiles in forma secreta syndic. interrogat. 45. numero sexto, folio 289. Sic etiam clericus, qui accusatus apud iudicem secularem, omisit vsque ad sententiam vel eius executionem opponere declinatoriam sibi exceptionem, merito est in expensis condemnandus, iuxta text. cap. exceptionem, de exceptionibus, vbi Doctores tenent alii relati a Conarru. in praed. quae cap. 3. n. secundo, versicul. clericus, dicens ex testimonio Rupellani libro quarto forensium institutionum hanc opinionem in praxi apud Gallos receptam esse, quamvis ipsi cum Decio contrarium teneant.

Tertio & vltimo pro hac opinione facit, quia si hoc negaretur, violentia non tolleretur perfecte, nec oppressus integre restitueretur: argumento eius quod notat Bald. in rubric. C. de fructibus & litum expensis, vbi dixit, quod non verificaretur verbum, Restitutio, positum in sententia, si restituitio cum fructibus non fieret: & licet Rex punire non possit clericum vim facientem in persona, puniet tamen in patrimonio temporalis, quod ei libebit, vt in l. addictus supplicio, & ibi notatur, C. de Episcop. aucten quibus fundamentis hanc opinionem in terminis nostrae legis tenet egregius Gregorius Lopez. in dist. l. 13. titulo decimo tertio part. 2. in gloss. Nra fuerca in versicul. dubitari tamē vidi in Regali Cancellaria, quae sequitur Aucandani vbi supra dist. n. trigesimo secundo, versicul. nam per violentiam, ibi: Et in huiusmodi cognitione vbi allegat etiam Guilielmum Benedic. idem tenent, & Gregor. vbi supra agit, an iudex Ecclesiasticus

cui possit etiam a Senatu Regio in expensis condemnari, quando cognoscit de causa, quae postea in eodem Senatu reuocatur? Et tenet quod non.

Et in articulo principali, conducit hodie pro nostra sententia, l. 3. titulo quinto, libro secundo, Noua Collectio. Regis, in fine, quae est vniuersalis. Por quanto assi por derecho, como por costumbre immemorial, nos pertenecce a car las fuerzas que los iuezes ecclesiasticos y otras personas hazen en las causas que conocen, no otorgando las apelaciones que dellos legitimamente son interpuestas, por ende mandamos a vuestros Presidentes y Oidores de las nuestras Audiencias de Oulla, dolid, y Granada, que quando alguno viniere ante ellos, queuxandose (que no se le otorga la apelacion que instantemente interpone de alguna iuez, Ecclesiastico) de nuestras cartas en la forma aofsi brada en nuestra Confesio, para que se le otorgue la apelacion: y si el iuez Ecclesiastico no lo otorgare, manden traer a las dichas nuestras audiencias el proceso Ecclesiastico original mente: el qual traydo sin dilacion lo vean: y si por elle constare que la apelacion est a legitimamente interpuesta, alcando la fuerza, prouean que el iuez la otorgue, porque las partes puedan seguir su iusticia ante quien, y como deuan, y repongan lo que desines della ouiere fecho. Y si por el dicho proceso pareciere no ser la apelacion legitimamente interpuesta, remitan luego el tal proceso al iuez Ecclesiastico, con condenacion de costas si les pareciere, para que el proceda y haga iusticia. Circa quam legem in proposito duo sunt consideranda. Primo, quod tantum permittit condemnationem expensarum, quando iudex ecclesiasticus recte processit, & appellatio fuit iniusta vel minus legitima, cui non esset iure deferendum: quo casu, si Regalibus auditoribus visum fuerit, possunt in expensis condemnare, remittendo causam & processum ad eundem iudicem ecclesiasticum, quasi temere causam appellans deduxerit ad suprema tribunalia: non vero iudex expressit lex in priori casu, quando, scilicet, appellatio iusta & legitima est, iudexque ecclesiasticus minus recte eidem non detulit: Quia tunc pars, in cuius fauorem iudex pronuntiauit & processit, non videtur esse in culpa. Secundo considerandum est, legem illam minime loqui contra iudicem ecclesiasticum, vim facientem in hoc de condemnatione expensarum, bene tamen solet in eis condemnari iudex ecclesiasticus aliquando, nempe quando non obediuit primo decreto: sed sapius quando non parit secundo vel vterioribus decretis Regalis Cancellariae vel supremi Concilii, quibus ei praecipitur sub comminatione poenarum, vt deferat praedictae appellacioni, & reponat omnia facta & attentata post eam, vel in eo tempore, quo potuit appellari: & hoc ob suam inobedientiam & contumaciam.

S Y M M A R I A.

- 1 Doctores, Magistri & Licentiati graduati examine rigoroso precedenti, in vna ex quatuor Vniuersitatibus hic nominatis, nempe Salamancaensi, Valisolei, Complut. vel Bononiensi, ibi tamen Collegia existentes sunt exempta a tributis.
- 2 Magistri alii docentes sunt immunes a muneribus.
- 3 Doctores alii non legentes, non sunt immunes a muneribus.
- 4 Licentiati, an sint immunes a praedictis contributionibus?

L. 8. & 9. tit. 7. lib. 1. Nou. Collectio Reg.

Q U A E S T I O X X I.

Q V A E R O, si cum ex l. 8. & 9. tit. 7. lib. 1. Noua Collectio. Regia, in sumario dist. l. 8. per spicue colligitur

QUESTIO XXII.

Que solamente los graduados de Doctores, Maestros y Licenciados, por examen rigoroso, en las universidades de Salamanca Valladolid, y los que fueren colegiales graduados en el colegio de Polonia, y en la universidad de Alcalá de Henares, y no otros, gozen de la libertad y exención de no pechar, concedida a los graduados por leyes de estos Reynos. Quod colligunt omnes Doctores Hispani infra citandi, et nominatim ex dicta leg. collaua. Matienzo in lege vndecima glossa secunda, n. secundo, titulo decimo, libro quinto, Noua Collectio. Regis, quam sint ista leges Regia ante condita, prædictam immunitatem concedentes.

2. Quod Rex debet honorare Magistros, probat. l. si. titulo decimo part. 2. versicul. E am deuen honrar, e a nar a los Maestros &c. Et inferius inquit: E assicomo dixeron los Sabios antiguos, La sabiduria de los Derechos, es otra manera de caualteria. Et ergo sicut nobiles sunt exempti ab his contributionibus, ita & Magistri. Sed in terminis, quod hi sint immunes a tributis, probat expressio, l. 8. tit. 1. fin. part. 2. enca. fin. ubi inquit: Otrosi decimos que los Maestros sobredichos, e los otros que nosse tram saberes en los estudios, en las tierras de nuestro señorio, que deuen de ser quitos de pecho, e no son tenidos de yr en buesle, ni en caualgada, ni de tomar orrosio fin su plaza. Tradit late de iure communi Guido Papa de cihoue sine quaestio, 84. & 388.

Ex cuius legis verbis maxime illis: T los otros que, mustran los saberes, & clarissime probatur, quod Doctores actu non legentes, non sunt exempti a muneribus, vt de iure communi quoque probat text. in l. Medicos, C. de profess. & Medicis, lib. 11. & ibi notat Bartol. text. l. semper, §. negotiatores ff. de iure in iun. & expressim Gregor. dist. 1. 8. in vtracitate verbis. Et sic vt ex dictis leg. Regis cessat hodie in proposito quaestio Doctorum, an Licentiatum sit immunitas, sicut Doctor, a prædictis tributis, de qua per Petrum Antiholi, & alios relatos per Auenda. 2. part. cap. 14. n. 29. & Doctor Perez in l. 2. titulo quarto, lib. 4. ordin. colum. 14. n. 1. in versicul. quid autem Licentiate, & Guido Papa quaestio, 340. Roland. d. alle conf. 11. n. 11. & sequenti. l. secunda, cum ex dist. 1. 8. & 9. inus rit. 7. lib. 1. Noua Collectio. Reg. Doctor, Magistri, & Licentiatum graduati examine rigoroso præcedenti, in prædictis quatuor Vniuersitatibus, vel in quolibet eorum tantum gaudere debeant immunitate. Ista ergo sunt leges antea condita, ad quas se refert nostra lex: sed an requiratur, quod isti graduati, de quibus in hac lege, actu legant vel aduocent, examinabitur in quaestione sequenti.

SVMARIA.

1. Licentiatum laureati in quolibet dictarum quatuor Vniuersitatum, ad hoc vt gaudeant exemptione a tributis, an requiratur quod actu legant, doceant, vel saltem officio aduocationis vel iudicij utantur, vel sufficiat sola gradus prerogatiua in vna ex dictis vniuersitatibus, & n. leg.
2. Ex hac lege cetera privilegia professoribus a iure concessa non sunt correcta.
3. Doctores vel alii professores in aliquo studio generali, ex approbati in hoc Regno, actu legentes, quamvis gradum non receperint in aliqua prædictarum Vniuersitatum, gaudebunt immunitate non soluendi tributa.
4. Praxis in quaestione principali refertur, nempe vt non sufficiat sola prerogatiua gradum licentiae in quolibet prædictarum quatuor Vniuersitatum, ad inducendam tributum exemptionem, nisi quod prædicta concurrant simul.

Quæro circa prædictas leges, an cum ipse priuilegiu exentionis a tributis, a legib. anteriorib. huus Regni concessum graduatis, restringant ad graduatos tantum in quolibet dictarum quatuor Vniuersitatum, intelligendæ sint in terminis, in quibus prædictæ leges pariter anteriores loquuntur nempe in Licentiatum graduatis in quolibet dictarum quatuor Vniuersitatum, actu tñ legentibus, vel docentibus, vel saltè aduocantibus, vel officij iudicij exercetibus, vel et sufficiat sola gradus prerogatiua, in vna ex dictis quatuor Vniuersitatibus, absq. qualitate legendi, docendi, aduocandi vel iudicandi: Et vtrūq. regri existimant & creditur, loquens in Licentiatum Gregor. Lopez in d. l. fin. tit. 10. part. 2. in glossa magna, dicens, ista limitatio pronuntiarit vidisse in Regali auctoritate. dū ibi esset Auditor: idemque creditur talis Doctor vel Licentiatum esset veteranus: quia cum per eū nō fter, perinde haberi debet, ac si exerceret officij. Eisdē opinionē Gregor. in Licentiatum, quod gaudeat prædicto priuilegio, cū aditamento quod exerceat officium literarij, & non alias, tenet etiam Doct. Perez in l. 2. tit. 1. 4. l. quarto ordin. colum. 14. n. 4. in versic. Ex quibus inferitur dicitur ita esse interpretandā legē illā per generalē consuetudinē istius Regni: & quod in Cancellaria Regis, in contradictorio iudicio sic fuit calculi Auditoris sententia corū definitū in quodam Licentiatum Cifneros, vt gaudeat immunitate tanquam iudicij dalgo, modo & qualitate præmissa & postea addit idem Glossator, & constat quod gaudeat prædictis exentionibus, ex l. 100. in Curia Pinciane, anno 1573. & in l. 126. in Curia de Madrid, anno 1574. postis in nostris legibus, 8. & 9. Noua Collectio Regia, dum tamen sint graduati Salmaticæ, vel Pinciae, & Collegiales in Collegio Bononicensi, seu Compluti examine rigoroso, non alias: eandem quoque sententiam sentit & tenuit Baeca de inope debitorum, capit. 16 numero 159. & numero 140. ubi refert dist. 1. 8. part. 2. & dist. 126. de Madrid contentam in nostra leg. 8. Noua Collectio. Regis, de qua nunc agimus: vbi quoque exillimant eandem legem non solum loqui, pro vt vere loquitur, de immunitate tributum, quia non gaudent, nisi hi, quorum eruditio concessio titulo approbata est in illis Vniuersitatibus iam supra nominatis: & quod cetera priuilegia professoribus a iure concessa, non sunt correcta, vt vulgaribus, vrgentibus tamen ibi comprobant rationibus, quare dicta l. 126. qua hodie est nostra l. 8. Noua Collectio Regis, solum intelligit, & bene quod corrigat, dist. 1. 8. in fin. part. 2. & d. l. 1. Medicis in tributis: eandem sententiam nouissime post hæc scripsit sequitur & probat Doctor Azuendo hic, numer. 4. vbi quoad cetera privilegia tenet, Licentiatum, Doct. vel Magistros graduatos in alia quacunque Vniuersitate approbata gaudeat sua prerogatiua, quamvis actu non legant nec aduocent.

Contra superiorem tamen sententiam nonnulla vrgent. Primo, quod nostra lex æquiparat Doct. vel Magistros, Licentiatum graduatis in vna ex dictis quatuor Vniuersitatibus. Sed certum est quod Doctores graduati in eisdē, gaudent prædicta tributum exentione absq. prædicto aditamento & qualitate, quod legant, doceant, iudicent, vel officio aduocationis fungantur. Nec enim aliquis scribentium nostris Regni, quos videtur in prædictis Doct. illam qualitatem, vel aditamentum requirit, sed tantum in prædict. Licentiatum: ergo cū nostra lex in vtriusq. pariter loquitur, ex suo capite nostras videtur hanc differentiam inter

ter eosdē cōstituere & requirere in prædictis Licentiatum qualitatem & aditamentum supradictum. Secundo, quia nostra lex hoc non requirit, sed tantum tributum immunitatem graduatis in prædictis Vniuersitatibus, quam leges nostris Regni concedebant similiter hoc, est, a los tales. Et ita Palatius Rubi in repet. sub. de donat. inter virum & uxorem, §. 38. numer. 14. quamuis sub dubio tenet hanc secundā partem absq. aditamento.

3. Quo fit, vt cū nostra lex in graduatis tantum loquatur Doct. adde tu, vel aliis professoribus in aliquo studio generali, ex approbati in hoc Regno actu legentes, quamvis gradū non receperint in aliqua prædictarum quatuor Vniuersitatum, gaudebunt prædicta immunitate. quod non teneantur solvere tributa, secundum Auenda. 2. part. cap. 14. prætorum, numer. 30. & eundem in suo dictionario, verbis, Maestros, ex dist. 1. 8. in fin. part. 2. qua in hoc non corrigitur per nostram legem secundum ipsum, cum ea non loquitur de Doctoribus vel Magistris actu legentibus in prædictis quatuor Vniuersitatibus. Legentium autem priuilegium cum sit clausum in corpore iuris, vt in dist. 1. 8. part. 2. non videtur per generalia verba derogatum: vt hac ratione & alii probatur. Quæ opinio sustineri iure potest, nō tamen requiritur quod sint Doctores actu legentes, ad hoc vt gaudeant prædicto priuilegio: sed sufficit quod sint professores approbati quia nomen Doctorum, cuius sit mentio in dist. 1. Medicis, non significat titulum Doctorem, sed docentem; nam dicuntur Doctores vel Magistri, ab effectu docendi, vt constat ex l. 1. ibi: Que fuisse Maestro de Grammatica rit. 17. part. 6. cum tamen in Grammatica nullus Magistralibus insignis decoratur, vt est notum & probatur præterea ex dist. 1. 8. part. 2. in final. que loquitur in graduatis, & non graduatis, ibi: Et los otros. Quæ dictio refertur ad reliquos lectores, qui nō sunt Magistri, sed actu docentes.

4. Et quamuis in quaestione principali de Licentiatum graduatis in prædictis quatuor Vniuersitatibus, in pūdo iuris verior videatur opinio secunda, nempe quod ex sola gradus prerogatiua, graduatus Licentiatum in quolibet prædictarum quatuor Vniuersitatum, consequatur priuilegium exemptionis a tributis, ex fudamentis & rationibus supra adductis: at tamen attenda consuetudine & praxi huius Regni, quæ est optima legū interpretis quia hoc modo interpretata est nostram legē, & sic obseruatur, vt dicunt præfati Doctores, tendenda est in iudicando prima opinio: nempe vt ita deum prædicti Licentiatum graduati in quolibet prædictarum quatuor Vniuersitatum, gaudeant priuilegio exemptionis a tributis, si actu legant doceant: vel officij iudicij vel aduocationis exercerant, & non alias.

SVMARIUM.

1. Baccalarij, vel etiam Licentiatum, atque Doctores laureati in alijs Vniuersitatibus, quam hic continentis, aduocationis officium, exercerent, & generaliter aduocati ratione illius officij, an examinantur a contributionibus tributum?

Ad easdem II. 8 & 9 tit. 17. lib. 1. Recop.

QUESTIO XXIII. 73

Baccalarij, vt etiam Licentiatum, atque Doctores laureati in alijs Vniuersitatibus, quam hic continentis, aduocationis officium exercerent, & generaliter aduocati ratione illius officij, an examinantur a contributionibus tributum? Quam quaestionem tan-

quam dubiam Doct. in vtramque partem examinant, & in ea in diuersas itur sententias. De ea enim dubitat, relinquens cogitandum Gregor. Lopez in fin. tit. 10. part. 2. in glossa magna in fin. dicens quod si hoc concederetur Baccalariis vel alijs non graduatis, nihil specialitatis esset in Licentiatum.

Sed nihilominus partem affirmatiuam plurib. pbat Guido Pape. in d. g. 8. & 388. adue. sus. Bar. in d. l. Medicos existimantem ipsam l. Medicos, tantum procedere in actu legentibus vel docentibus. Eandem quoque sententiam Guid probat & tenet Franciscus Marcus de c. 17. tit. 27. Marcus Mantua ibi seruat. tonum lib. 2. c. 17. tit. 1. & Tiraguel. de nobilitate c. 2. numer. 1. (qui tamen in d. numer. 1. c. loquitur in munere personali & d. numer. 15. in nobilitate exercentibus officium aduocati & collegat ad hoc Marcum Mantua ubi supra) tenet Didac Perez in l. 10. tit. 1. a lib. 1. ord. col. 441. & prim. coll. 55. & sequenti relati per Baeca in v. d. l. de inope debitorum cap. 16. numer. 133 & sequenti. bus, & per Sylmanum consil. 38. a numero 10. vsque in fin. lib. 2. sed hoc consuetudo apud nos non admittit, nempe vt aduocatus eo solo quod aduocatus sit, immunitas existat a solutione Regionum tributum, quamvis sit immunitas a muneribus personalibus, vt in l. sacrum, C. de aduocato diuersorum indium, & in l. 8. tit. 1. final. part. 2. quod non est consuetudine sublata, vt vtrumque arbitrat Baeca ubi supra, num. 17. imo de iure quod aduocatus vel Doct. non legens minime gaudeat prædicta immunitate & exemptione a tributis patrimonialibus sed tantum a personalibus latissime & optimis fundamētis probat Baeca ubi supra, n. 17. & plurib. seq. & melius omnibus pulcherrime idem facit ac defendit Syluanus in consil. 38. a numero 10. vsque ad finem, vbi iustissime probant supradictam opinionē Bartoli in d. l. Medicos, existimantis, eam legem tantum procedere in actu legentibus, hæcque sententiam defendunt ab impugnationibus Guidōis Pape ubi supra & sequacium, & referuntur plures eam sequentes. Quare existimo de iure tenendam esse hanc secundam opinionem, vt aduocati non sint immunes a tributis Regis patrimonialibus vel realibus, sed tatum a personalibus: quæ etiam obseruat consuetudo, secundum Baeca ubi supra. Nec hæc sententia aliena omnino videtur ab hac nostra, l. 8. quamuis ipsa eam expresse non probet, cum loquens in literatis, exemerit tantum a prædictis contributionibus realibus Doctores, Magistros & Licentiatum graduatos in prædictis quatuor Vniuersitatibus, & in eam quilibet. Ergo vltra hoc ceteros iurisperitos exclusisse videtur, & ita nouissime per hanc legem, eandem sententiam probauit Doctor Azuendo hic numer. 4. quamuis iure ciuili, & l. 8. part. 2. attentis, aliud sentiat. Ego vero vtroque iure, vt prædixi, hanc sententiam secundam probō negatiuam, & parcat aduocatis quia, vt inquit Aristoteles, relatus per Abb. in cap. 1. colum. 6. de postula. prælat. amicus Plato, amicus Socrates, sed magis amica veritas.

SVMARIA.

1. Clericus falsū deponens coram iudice seculari, an possit ab eodem puniri, per totam quaestionem.
2. Iudex laicus in casu huius quaestiois, ad effectum pronuntiandi sententiam iustam in causa principali, non tamen ad ipsū clericum puniendum de perurio vel falsitate, bene poterit cognoscere, an isse clericus falsum testimonium dixerit, nec ne.
3. Quisquis hoc casu iudex Ecclesiasticus non poterit inhibere seculari, quoad examinationem, & cognitionem ac definitionem causæ principalis, quæ ad ipsū iudicem seculari tractatur.

Handwritten marginal notes in Spanish, including phrases like "notas", "tenes deo", "de opio", "de la", "de la", "de la".

4. Laico fallum deponente coram iudice Ecclesiastico, erit locus praeventioni inter iudicem Ecclesiasticum & secularem, circa punitionem dicti criminis falsitatis: referuntur tamen quadam differentia circa inhibitionem hoc casu inter predictos iudices.

L. 57. tit. 5. lib. 2. Noue Collect. Regiae. QVÆSTIO XXIV.

Quæro circa l. 57. tit. 5. lib. 2. Noua Collect. Reg. quatenus probat, quod falsitate cõperta per quocunque iudices, contra testes fallum coram se deponentes, ipsi testes falsi grauius puniantur, an clericus fallum deponens coram iudice seculari, possit ab eo puniri? Lex hæc non aperit, quis iudex debeat coercere siue punire ipsos testes falsos: unde in dubio videtur id relinquere dispositioni iuris communis argumenti. l. commadissime, ff. de l. ber. & post. hum. cum similibus: sed de iure communi videtur dicendum in nostra quaestione, quod iudex laicus possit punire clericum coram se fallum deponentem: qui suas aures offendit & ratione cuiusdam incidentiæ, vt videtur esse de hoc text. expressis in l. nullum, C. de testibus, vbi probatur, quod iudex eo quod testis miles, vel alias priuilegiatus testimonium fallum dixit, potest ab eodem iudice puniri, non obstante exceptionis fori priuilegio: & in terminis tenet gloss. l. ubi quid in proprio loco sequitur Cynus, Bartolus. l. lectura, n. 8. Bald. & Salys. n. 4. quamuis Cynus & Salycetus, si recte incipiantur, solum admittunt glo. opinionem, quando clericus deponit fallum coram alio iudice, non suo, verum Ecclesiastico, vt ab eo tunc puniri possit.

Secunda opinio fuit Federici de Senis consilio 93. existimantis, quod iudex secularis ex officio, non ad accusationem partis, possit punire clericum de testimonio falso coram eo perhibito extraordinarie pena pecuniaria: tamen etiam in persona, dum tamen exsecutio ipsius hoc secundo casu referetur Episcopo: & hanc sententiam in Francia seruatur, & puniri clericum hoc casu à iudice seculari pena Butali siue pecuniaria restatur Guilielmus Benedictus in repetitione cap. Reynu. de testam. in parte, & uxorem nomine Adelsiam, num. 444. id referatur Anserius in Clem. 1. de offic. ordin. 2. fallentia reg. 1.

Sed his non obstantibus contraria sententia tenenda est iudicando & consulendo, tanquam verior, imo quod iudex laicus nullo modo possit punire clericum, fallum testimonium coram se deponentem, sed quod eum ad suum iudicem Ecclesiasticum remittere debeat, vt ipsum puniat: quia iudex secularis nullâ iurisdictionem habet in clericis, siue principaliter, siue incidenter, cum excoimio eorum à limine secularis iudicii sit à iure diuino, iuxta tradita per Couarru. in pract. quaestio cap. 11. nu. 1. & 2. quia clericus etiam cum iuramento, nec expresse, nec tacite potest proprio foro renuntiare, vt in cap. si diligenti, cum materia, de foro compet. & aliis iuridicis rationibus contra opinionem dicti gloss. tenet Bartol. argument. text. ubi, in l. diuisus, numero quarto, ff. de falsis, & communiter Canonista in capitulo dilectus filius, de penis, eandem voluit Hostiensis, quem sequitur Antonius post Innocent. & Ioannis Andream & Abb. numero decimo octauo, in cap. verum, de de foro compet. Hæc opinio sequitur & firmat cõmunem Matth. de Afflicti. decisio. Neapol. 30. & Capitulis decisio 5. numero decimo tertio & est verior & cõmunior, secundum Bernardum Diaz. de Lugo in pract. crimin. cap. 91. circa finem, vbi additio noua Ignatii Salzedo eandem sequitur & testatur cõmunem ex testimonio supradictorum, D. Couarru. pract. quaestionum cap. 18. numero octauo, columna tertia, illius nu-

meri, & Doct. Anton. de Padilla in l. transigere, numero 112. Cod. de transactis. vbi alios pro & contra referunt: dicit etiam cõmunem Agidius Boslius in sua pract. crimin. tit. 1. de falsis, numero. 10. & eandem nouissime testatur cõmunem, & glossam contrariam in dict. l. nullum, cõmuniter reprobari Iulius Clarus in sua pract. crimin. s. fin. quaestio. 38. in versiculis quæro vbi plures allegat, & dicit, quod hæc opinio apud se feruatur in practica, & reprobat contraria: & meo iudicio est pro hac opinione bona lex Regia in argumentis in leg. fin. tit. 16. part. 1. in versiculis, vbi dicitur: Mas si por la ventura ante otro iuzgador, que no ha poder ac hazer justicia, se omiesse fallado alguno que testiguasse falso testimonio, esse a tal dene lo embiar à su mayoralque saga justicia del, qual entenderie que merece. Quæ verba, quamuis ad iudicem qui non habet potestatem puniendi, sed tantum recipiendi testimonia testiu, proprius referri videantur generalia tamen cum sint, nostrum quoque casum videtur contingere, saltem in argumentum, cum iudices laici nullam habeant potestatem clericos puniendi, sicque Gregorius Lopez in dicto verbo, Fazer justicia, inquit, vel si forte est clericus, secundum cõmunem opinionem Doct. in cap. verum, de foro compet. & alios quos ibi refert.

Quare cum mysterio nostra lex Regia præfens, quâ modo interpretamur, inquit: Pro manera que la falsedad aueriguada, assi en las causas civiles, como en las criminales, los testigos falsos sean bñ punidos, & castigados, non aperiens per quos iudices debeat puniri, quasi velit, vt testis laicus fallum deponens, per iudicem laicum debeat puniri, coram quo fallum deposuit: clericus vero per suum Ecclesiasticum iuxta dispositionem iuris communis, secundum veritorem & magis recepiam sententiam supra relatum.

Non obstat dict. l. nullum, Codic. de testibus, quoniam loquitur in testibus laicis falsi deponentibus, qui tamen habebant priuilegium vel præscriptionem fori, quæ in hoc casu sibi auferunt: nos vero loquimur in clerico fallum deponente coram iudice laico, qui nullo modo capax est iurisdictionis nec coercitionis animaduertendi in ipsum clericum: iudex tamen laicus in casu nostræ quaestiois, ad effectum pronuntiandi sententiam iustam in ipsâ principali causa, non tamen ad ipsum clericum puniendum de perituro vel falsitate, bene poterit cognoscere, an ipse clericus fallum testimonium dixerit: quod omnes fatentur, vt Doctor Couarru testatur, vbi supra in final. verbis, quem refert & sequitur Iulius Clarus vbi supra.

Quinimo in hoc casu iudex Ecclesiasticus non poterit inhibere secularem, quoad examinationem & cognitionem ac definitionem causæ principalis, quæ apud ipsum iudicem secularem tractatur: quia hæc apud ipso iudice laico erit definienda, nec eius examen suspendi debet propter causam, quæ ab Ecclesiastico iudice super punitione falsi testimonii aduersus clericum agitur, vt notat Bald. in l. 1. colum. final. C. quomodo & quando, & Fredericus de Senis dict. consil. 93. quos refert & sequitur, existimans hoc non esse dubitationem dignum Doct. Couarru. vbi supra, colum. fin. versiculis illud verum.

Laico vero falli deponente coram iudice Ecclesiastico erit locus praeventioni inter iudicem Ecclesiasticum & secularem, coram quo fallum dixerit, circa punitionem dicti criminis falsitatis: quod si præuenit iudex laicus, cum inhibere Ecclesiasticus minime potest: & contrario autem præueniente iudice Ecclesiastico in huius criminis cognitione, poterit ab eodem seculari inhiberi. Ita in fauorem iudicis laici præue-

praeventiis, vt à iudice ecclesiastico inhiberi non valeat, definitum fuit in Regio Prætorio Neapolitano, prout refert Matthæus de Afflicti. decisio. Neapol. 219. quam decisionem veram esse opinatur Couarru. vbi supra, dict. num. 8. in versiculis. sed & hæc in re, vbi quoque meminit alterius partis supra dictæ modo cõclusionis, vt scilicet, iudex Ecclesiasticus præueniens in hoc casu iudicem laicum, possit ipsum inhibere à cognitione: eandem decisionem refert & sequitur Iulius Clarus vbi supra, in versiculis, quæro nunc, & licet eam nõ referat sequitur tamen Boslius vbi supra, n. 107. Salycet. vbi supra in versiculis, si autem Sed licet causæ cognitionem tribuamus iudici Ecclesiastico, non tamen ei tribuimus coercionem corporalem contra laicos, de quo alias disputabimus, interim vide l. 5. & 6. tit. 18. part. 1. & Couarru. pract. crimin. quaestio. 10. cap. 10. num. 7. & Agidius Magistrum in suis decisionibus in tractatu de appellat. cap. 5. nu. final.

SVMARIA.

- 1. Nobilitas durante lite super nobilitate, an sicut cogitur contribuere, & non gaudet quasi possessione immunitatis, etiam si tempore litæ cepta esset in ea, etiam si opelatur ab officio, que de iure, vel eo fuerit iudice vel statuto locorum nobilibus dantur, ad quaestio, & numeris sequens.
- 2. Nobilitate sola quasi possessio sufficit ad quædam qualitatibus & attributibus concessis ipsi nobilitati: verbi gratia, ne nobilis pro debito civili incarcerationetur, vel pro delicto torquatur, vel furca suspendatur.
- 3. Nobilitas que ante litem motam super nobilitate, erat in possessione habendi prædicta officia, non erit postea lite pendente sua prædicta possessione priuandus, imo poterit eligi & nominari ad prædicta & similia officia, non obstante dicta litis pendencia.

L. 9. tit. 11. lib. 2. Noue Collect. Regiae.

QVÆSTIO XXV.

Quæro circa l. 9. tit. 11. lib. 2. Noua Collectio. Regia, omittis pluribus quaestioibus, quas ad intellectum eiusdem examinat Otorala in tractatu de nobilitate, 3. part. 3. part. 1. principalis, cap. 1. & 4. e quibus illam frequentem & quotidianam breuiter referam.

An quemadmodum ex dictæ legis Regis Henrici dispositione particularis durante lite super nobilitate cogitur contribuere, & non potest gaudere quasi possessione immunitatis, etiam si tempore litis cepta esset in ea, cuius practicum cõmunem refert Menchaca libro secundo, controuersiarum illi iurum, cap. 18. num. 18. cum sequensibus: ita etiam eodem iure & ratione durante lite repellatur ab officio, que de iure, vel eo fuerit iudice, vel statuto locorum nobilibus dantur: como son varas de de Alcalde de Hermandad, Regimentos soldades, & otras que se dan a personas del estado de hijosdalgo. Quæ quaestio latissime in vtramque partem examinavit in hignis Couarru. lib. 1. varas de otuoniu, cap. 16. numero vndecimo, & tandem in partem affirmatiuam inclinat, nempe quod ab his quoque officio repellatur durante lite super nobilitate, dicens for tasse hæc partem potiore esse, & quod iuxta hanc sententiam frequentissime vidit pronuntiatum fuisse in illo Granateni Prætorio, quem refert & sequitur Doctor Didac. Perez in l. 6. tit. 1. secundo, libro quarto Ordinament. in gloss. No embargant e. versiculis, vtrum autem eolum. 1180. eandem quaestioem amplissime etiam discutit Otorala vbi supra, ca. 3. nu. 5. & sequensibus, vbi in-

quit, articulum hunc acriter disputatum fuisse per aduocatos Regiæ Cancellariæ, & in eo etiam per auditores adeo dubitatum fuisse, vt nec vnus, nec duarum aularum iudices in vnam sententiam cõuenirent: quod factum fuit, vt fere per omnes senatus viros fuerit decisis, inter quos maiori parte contraria opinio, vt non repellatur nobilis ab his officiis, lite etiam pendente super sua nobilitate, æquior vifa fuit ipse tamen Otorala suam non exprimit sententiam sed tacendum oportere existimat propter litis pendenciam, quæ tunc erat in eodem articulo in alia causa in qua ipse erat iudex, sentit tamen, vt ipse concilio, primam opinionem esse veritorem, dum refertens vota maioris partis Senatorum in fauorem nobilium, quibus æquior vifa fuit supradicta secunda opinio, inquit an iustior quoque dubito. Vides igitur incipitem quaestioem, in qua etiam in practi in diuersas est iumententia. Cõdamenta vtriusque opinionis non refero, quoniam Couarru. & Otorala ea cumulat Superest igitur, vt nostrum iudicium (si quod est) infirmum Quare licet prior sententia in puncto iuris verior videatur, contrariam tamen tanquam benigniorem atque æquorem, nec iuris fundamentum delitum. atque esse potius sequendam: recte tamen probata summariæ nobilitatis quasi possessione, prout decreuit maior pars Senatorum, ipso vel Otorala teste Nam cum hæc lex sit in hoc correctoria, & exorbitans à iure communi in tributis, videtur quod extra huc casum in quo loquitur, locum non habeat, iuxta notata per Doctos in arribet: qui ad illones, C. de sacrosancti. Eccles. præmaxime quod in distributione officiorum nõ agitur de Patrimonii Principis præiudicio, sicut in tributis. Comprobati t etiam potest hæc opinio ex traditis per eundem Otorala, 2. part. 1. part. 1. cap. 10. numer. 1. in fin. & numer. 1. vbi pluribus doctrinis probat in proposito, quod sola quasi possessio sufficit ad gaudendum qualitatibus & attributibus concessis ipsi nobilitati: verbi gratia, ne nobilis pro debito civili incarcerationetur, vel pro delicto torquatur, vel furca suspendatur: quia his casibus & similibus nobilitas incidenter, non principaliter adducitur, & ita fieri frequenter per iudices ex summariæ probatione quasi possessionis fatetur, quamuis ipse de eo dubitet: ergo idem etiam in proposito dicendum est.

Et eidem sententiæ non modicum patrocinatur capitul. 106. De las cortes de Valladolid, anni 1555. vbi cum hoc idem peritum fuisset à procuratoribus huius Regni, Catholica Maiestas respondit: A eio vos respondemos, que en el nuestro Consejo se dan las provisiones ordinarias en favor de los hijosdalgo, las quales mençamos se guarden Et licet hoc capit. non reperitur positum in Noua Collectione legum huius Regni, cõstat tamen ex eo, quod fuit conditum post editionem scriptorum Couarru. & Otorala vbi supra, solere concedi Regales prouisiones in Consilio supremo in prædicto casu in fauorem nobilium, sed multo etiam dantur contra eos lite pendenti in Regalibus Cancellariis.

Illud tamen t æquum apparet, quod nobilis, qui ante litæ motam super nobilitate erat in possessione habendi prædicta officia, non erit postea lite pendente sua huiusmodi possessione priuandus, imo poterit eligi & nominari ac prædicta & alia, similia, non obstante dictæ litis pendencia, vt optime probatur Couarru. & Otorala vbi supra, num. 8. item & Auend. lib. 1. de exsequen. uandatis Regis. cap. 19. nu. 13.

SVMARIA.

- 1. Aduocati semper negant paper esse nigrum, & aliquid quando imo plerumque esse album fatentur.

- 2. *Aduocatus in foro anime, an iuste possit defendere causam vere dubiam in iure aut in facto, ita quod ad utramque partem sit indifferens atque anceps, sitque apud eum præcisæ extremorum ignorantia veritatis.*
- 3. *Aduocatus eius mentis esse debet, quod si aduersa partis ius ei constiterit, sui clientis causam amplius non exorabit eique hoc debet aduertere.*
- 4. *Aduocatus erit reus culpa, defendens causam dubiam, quæ vere talis non est: sed sua desidia & culpa eidem talis appareat, quia eam accurate inuestigare prætermisit.*

L. 2. tit. 16. De los abogados, lib. 2. Noue Collect. Regia.

QUESTIO XXVI.

Quæro ¶ circa l. 2. tit. 16. De los abogados, lib. 2. Noue Collect. Regia. ibi: *T otrosi, que no a yudaran en causas de fiespadas. Aduocati enim semper negant pipet esse nigrum, & aliquando, imo plerique esse album fatentur, ut inquit Bai. in reper. l. 1. ff. de officio assessorum, cuius meminit Paris de Puteo in trakt. syndicatorum, in tit. de excessibus aduocatorum. Thomas Gammat. dec. 1. Napol. 10. q. 11. 1.*

An aduocatus iuste in foro anime possit defendere causam vere dubiam in iure, aut in facto, ita quod ad utramque partem sit indifferens atque anceps, sitque apud eum præcisæ extremorum ignorantia veritatis: Et videtur quod no: Primo, quia in dubiis quod certius est tenere debemus, & sic securiorem partem, ut in capit. nuenia, de sponsalibus, & in capit. ad auidentiam, de homicidio, quia ut inquit August. & refertur in capit. si quis autem, in fin. de pœnitentiis, dist. 7. certum sequendum est, incertum respiciendum. Secundo, quia aduocatus defendendo causam dubiam, videtur sese exponere periculo peccati mortalis & tollendi alteri ius suum, & qui amat periculum peribit in illo, ut in Ecclesiastico, capit. 13.

Sed his & aliis non obstantibus, contraria sententia tenenda est, imo quod aduocatus hoc casu possit defendere tuta conscientia huiusmodi dubiam causam, scilicet quando in æquilibrium dubitatio pendet: existimantem, tunc iuste id facere posse, vt habeat bonam fidem, & ne conscientiam lædat, prout tenent omnes Theologi, præcipue Sanctus Thomas Archiepiscopus Florētinus, Angel, de Claua, Syluester & alii relati per Burgos de Paz in præmio legum Tauri, numero 399. & pluribus sequentibus, vbi hæc partem latissime iure comprobant, & numer. 41. & sequent. respondet fundamentis contrariæ partis: & hæc responsio affirmatiua est in promptu secundum Doct. Sotum de iustitia & iure, libro quinto, questio. 7. artic. 3. pagin. mibi 463. & nouisi sine Mercado in tractat. de coartatos & coartatas, c. 18. De como han de restituír los que son causas terceras del dano, in versicul. y otras dulosas. Eius tamen mentis debet esse aduocatus, quod si aduerse partis ius ei constiterit sui clientuli causam amplius non exorabit. Debet præterea aduertere, ne ratione tantum amoris, sanguinis, vel amicitie, seu quia ipsi causa illa lucrosa magis erit, vel alio quæsto colore nõ iuridico, partem clientuli eligat defendendam: sed quia re vera studio necessario præhabito, illa pars sibi vetior & probabilior vel saltè æque probabilis, sicut contraria videtur, vt constat ex supradictis Doctoribus: Nã si aduocati desidia & culpa (vt pote, quia causam accuratè inuestigare prætermiserit) ambiguitas ipsa subortitur quæ aliis causam differentibus minime esset, nec ille, si debitam operam nauaret, culpæ reus erit, quia ipse dubii fuit affectator, ex traditis per Burgos de Paz vbi sup. num. 413. Si autem

caussa vel quæsto vere dubia sit, aduocati melius facient si inducant partes ad concordiam, declarantes eisdem esse dubiam.

SUMMARI.

- 1. *Aduocatus an possit causam minoris probabilitatis defendere, quando intelligit aduer. am partem maior habere iuris energiam? Resoluitur affirmatiue, quibusdam admonitis.*
- 2. *Hoc procedit, nisi contraria partis probabilitas tanta sit, quod aduocatus aduersam partem ius habere commoneat, vel causam ipsam bona fide exorare non posse, licet clientulus contendant.*
- 3. *Aduocato quando liceat patrocinari in causis criminalibus, pro actore, vel reo, & quando non.*

Eadem l. 1.

QUESTIO XXVII.

Quæro ¶ an idem sit dicendum, si aduocatus intelligat aduersam partem maiorem habere iuris energiam, possit-ne causam, quæ minoris est probabilitatis, defendere: & dubium facit, quoniam videtur nihil aliud quam iniquitas iudicem in eam partem inclinare & trahere, contra quam pronuntiare deberet. Sed nihilominus in causis civilibus dicendum est, quod tamen vix absque periculo possit infirmior ac debilior causa defendi: tamen si ad rigorem conscientie attendamus, non est cur omnino condemnentur, tamen aduocatus suam partem de hoc admo-neat: deinde nulla profusus vtatur saltate: leges scilicet aut cõmentitia allegãdo aut falsè interpretãdo sed illis semper vtatur, quæ causæ suæ suffragantur, reliqua vero subiceat argumenta, quæ pro cõtraria parte militant hanc sententiam probat & sequitur Soto vbi supra, dist. libro quinto, de iust. & iur. questio. 7. artic. 5. pagin. 5. existimans similiu causaru defensionem non carere periculo adulterandi ill. Eandem partem affirmatiuam probauit etiam Me Prado vbi sup. in questione præcedenti allegatus, dicens: *Que nos necesario aunque es mas seguro (que sea siempre la mas pronable, basta que absolutamente tenga su pronabilidad de razones y patrones, aunque pro la contraria aya, o mas eficacia, omnia graues: & que con qualquiera exposicion de sus interpretes que sea recibida entre buenos le trados cumple.*

Debet tamen hoc interpretari, nisi contrariæ partis probabilitas tanta sit, quod aduocatus aduersam partem ius habere commoneat, vel causam ipsam bona fide exorare non posse, licet clientulus contendant, ne omnium bonorum possessione priuetur, vel alia simili causa, vt constat videtur ex mente Soti vbi sup. & tenet expressum Burgos de Paz vbi supra, num. 411. circa fin.

In causis tamen criminalibus, mortis, aut sanguinis, aut vbi honor alicuius periclitatur, non licet pro actore contra reum patrocinari, nisi nimium tanta vigeat probabilitasne acculatõ quata defensio, quoniam melior est conditio possidentis, maxime in fauorem honoris & vitæ: idem sane erit, cum quis reus sit, vt de sua turbetur bonorum omnium possessio: ipsu autem reum delinquentem, pium & laudabile est defendere, nisi reus perniciosissimus haberetur, dummodo nec fraudibus, vel mendacio vtatur, vt existimant præfati Theologi, & sequitur Burgos de Paz vbi supra num. 611.

SUMMARI.

- 1. *Aduocato an liceat in causis iniusta suam partem ad concordiam inducere atque consulere.*

Eadem l.

QUESTIO XXVIII.

Quæro ¶ præterea circa eandem leg. 2. tit. de los abogados, lib. 2. Noue Collect. Reg. ibi: *Y que si buenen comencado a ayudar en algunos pleytos, an qualquier est ado dellos que su pieren y les constare que sus partes no tiene iusticia, que luego les auisaran dello, y les diran que se dexen de los tales pleytos, & e an hoc casu liceat aduocato suam partem ad concordiam cõsulere & inducere? & videtur quod non, vt tenet Caietan. in summa verb. aduocatus. Albericus in l. 1. c. de suffragis, & alios quos refert Burgos de Paz in præmio legum Tauri, num. 255. quam opinionem sequitur Doct. Perez in l. 1. tit. 19. libro secundo ordin. eolum. 666. versicul. ex ore præterea debet, vbi refert Caccia lup. in trakt. de transact. questio. 20. in fin. afferentem peccare mortaliter aduocatum hoc facientem, & teneri ad restitutionem & habere in hoc magnu periculum. Contrarium tamen cauetur in l. 2. in Ordinationibus Regis aduocatorum: idemque permittit, sine tamen damno aduersarii, Thom. 2. questio. 71. artic. 7. & alii plures Theologi, quos refert Burgos de Paz vbi supra, num. 256. qui num. sequent. declarat quomodo fiet hoc casu prædicta cõpositio sine damno conscientie & aduersarii: & tandem illud rectè fieri aduertit, sic reducens utramque opinionem ad concordiam, si creditoris libera fiat voluntate, omni fraude, vi, metu, calliditate, & mendacio cõclusis, atque aduocatus studiose partem aduertet & iniustitiæ causam, & ne ab inuito creditore bona eius extorqueat, quo casu est licita concordia, etiam in conscientia, vt ibi late probat, cum quo transeo, si hoc aperiat aduersæ parti & ipse adhuc velit aliquid dare vel relinquere alteri parti, sciens illam non habere iustitiam, sed propter cuitandas lites & lumbus vel ob alios respectus: quod cum raro fiat ne ea bona fide detegatur iniustitia, merito in licentia nostras leges Reges, illa verba de consulendo ad concordiam, hoc casu non ponuntur, & ipse nunquam volui ad eam cõsulere in dicto casu Et ita tenent nouissime Doct. Azcuedo hic n. 7. dicens esse secus si res esset dubia.*

SUMMARI.

- 1. *Aduocatus, qui sciens, & prudens iniustam causam defendit, peccat mortaliter contra iustitiam, & ad restitutionem tenetur.*
- 2. *Lata culpa, quæ obligat ad restitutionem, hoc casu est errare in re notissima, etiam si exactam diligentiam quis adhibuerit.*
- 3. *Lata culpa est in eo, qui legis casum expressum prætermittit, & illud quod omnes fecerunt ignorat.*
- 4. *Idem est si aduocatus bona fide errauerit, si diligentiam non adhibuit circa iustitiam causæ intelligentiam.*
- 5. *Aduocatus iniustam causam defendens per ignorantiam, iniustam tamen esse existimans, & sic bona fide, ita quod nec dolo nec culpa illa exorauit, an peccet & ad restitutionem teneatur, necne? & numeris sequentibus resolutus negatur.*
- 6. *Ex incendio rei aliena culpa leuis vel leuissima causato, quis non tenetur ad emendam damni.*
- 7. *Resolutio questionis principalis de qua n. 5. & sequentibus, procedit etiam si aduocatus esset imperitus & affirmaret se peritum: si tamen clientulus cognoscebat ipsius imperitiam.*
- 8. *Eandem resolutio intelligenda est de ignorantia excusabili, & qualis est, scilicet, secus de crassa & culpabili.*
- 9. *Exempla viriusque ignorantia assignantur.*

QUESTIO XXIX.

Quæro ¶ leg. 6. tit. 16. lib. 2. de los abogados, Noue Collect. Regia cauetur, *Que los abogados se an obligados a pagar a las partes todos los danos, perdidas y costas que recibieren por su malicia, culpa y negligencia, o impericia. Quod in cõscientia procedit etiam: nam aduocatus, qui sciens & prudens iniustam causam defendit, tum mortaliter contra iustitiam peccat: tum præterea ad restitutionem tenetur, vt omnes fatentur, & præcipue inter alios tenet S. Tho. 2. questio. 71. artic. 3. Doct. Soto libr. 5. de iustitia questio. 8. artic. 3. concilio Nauarr. in manua cap. 25. num. 29. Thom. de Mercado in libro de tratos y contratos, cap. 118. De como han de restituír los que son causas terceras del danno in versitè los abogados, & Bartolol. de Medicina in sua instructioe confessorum cap. 6. §. 4. vbi idem esse concludit, etiam si, quendam articulum iustæ causæ iniuste defendat ad impediendum vel differendum vel perturbandum hac via causam principalem, & ex nostris in vtroque foro eandem conclusionem probant plures, & hoc refert Burgos de Paz in præmio legum Tauri, num. 214. & 215. & Doct. Perez in l. 1. tit. 19. libro 2. ordin. columna 675. versicul. præterea defendens. Et de quibus teneatur aduocatus ad restitutionem hoc casu, qui est in dolo vel lata culpa videndus est Syluester in sua summa verbo ab eo, numero 16. Lata autem culpa, quæ obligat ad restitutionem, hoc casu erit errare in re notissima, etiam si exactam diligentiam quis adhibuerit, vt in capit. de iniuriis quia lata culpa dolo acquiparatur, vt in l. quod Nerua. & ibi Bartolol. columna secunda, ff. de pœnit. & t lata culpa est in eo, qui legis casum expressum prætermittit, & illud quod omnes sciunt, ignorat, vt vtrumque probat, alios referens Burgos de Paz vbi supra, numero 178. Idem erit si aduocatus bona fide errauit, sic debitam diligentiam non adhibuit circa iustitiam causæ intelligentiam, secundum Nauarrum in Manuali, capitulo decimo septimo, numero 112. & Burgos de Paz vbi supra, Dist. Añedo in l. 1. nu. 3. hoc titulo.*

Sed quæro, tamen idem sit censendum, quando aduocatus iniustam causam tuetur per ignorantiam: iustam tamen esse existimans, & sic bona fide, ita quod nec dolo nec lata culpa illam exorauit, vtrum peccet, & ad restitutionem damnorum & expensarum teneatur, necne? Et videtur quidem teneri, quia absurdum est Patrio & nobili viro & causis extantibus, ignorare ius in quo versatur, vt in l. 2. versicul. namque enim dixisse ff. de origine iuris. sed hic se affirmat peritus: ergo tenetur scire & cognoscere que ius facultatis sunt, & sic causam iustam defendere.

Nihilominus tamen in contrarium est veritas, imo quod hoc casu aduocatus ex leui vel leuissima culpa, minime teneatur in conscientia, nec ad restitutionem damnorum nec expensarum, argumento doctrinæ celeberrimi Innocentii in cap. sic dignum, num. 5. de homicidio, dicens t quod ex incendio rei alienæ, culpa leui vel leuissimo causato, quis non tenetur ad emendam damni: cuius dictum in hoc celebratissimum est in iure apud Doctores, qui communius illum sequuntur, vt restatur Syluester in sua summa verbo culpa, versicul. quarto queritur. Contrarij quarto, 2. part. cap. 6. §. 8. num. 12. Gregorius Lopez in l. 10. in gloss. Et esse damno. tit. 15. part. 7. Ioann. Oroscius in numero tertio, ff. de offic. præfati vigiliu, Menchaca libro 1. controuersiarum vsu frequentium, cap. 10. num. quadragesimo quinto, & sequitur Burgos de Paz in præmio legum Tauri, n. 171. Et quamuis nonnulli & Abba aliquando contrarium teneant, tenent